



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456


Liber CXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)



Ingressus Ximenii Cardinalis in captam a se Maurorum Urbem.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CXXI.



JULIUS II. PAPA.
MAXIMILIANUS I. OCCIDENT.
IMPERATOR.

§. I.

*Ditiones Ecclesiasticæ a Venetis pos-
sessæ per Julium II. vindicatæ.*

Cum Julius II. Ecclesiæ civitates, quæ Sæcul. XVI. A.C. 1508.
ab exteris usurpabantur, recuperare
omni virium contentione adlabora-
ret, Bentivolio Bononia depulso, Vene- Machia. hist. lib. 6.
Hist. Eccles. Tom. XXXII. A tos

Sæcul. XVI.
A. C. 1508.

Ferron. lib. 4.
Nicol. Basil.
in addit. ad
Naucier.

Marian. lib.
29. cap. 25.

tos aggressus est; hi enim jam altero ferme sæculo Cerviam, atque ab Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo primo Ravennam occupabant, ac præter has urbes adhucdum Faventiam, Ariminum, Forum Cornelii, Cesenam aliasque plures minus conspicuas Romandiolæ civitates tenebant, quas illi, dum Valentini Ducis ditiones distrahebantur, vi occupaverant. Has igitur, quas memoravimus, urbes Papa a Venetis vindicare constituit, & primo quidem summa moderatione ipsis postulati sui æquitatem, necnon ultroneæ submissionis gloriam ob oculos poni curavit: iis vero parere renuentibus, arma inferre decrevit. Porro quamvis Julius alias juribus suis tuendis pertinacissime insistere, ac proin ditionum, quas ad Sedem Apostolicam pertinere arbitrabatur, recuperationem summopere exoptaret, sunt tamen, qui autumant, urbium, quas Veneti usurpabant, repetitionem nonnisi prætextum, genuinam vero belli Venetis indicti causam eam fuisse, quod illi profugo Bentivolio in suis ditionibus asylum præbuerint, atque excluso Pontificis Nepote, ut supra meminimus, alium in Vicentinam Sedem intruferint. Cum vero solus ferendis belli sumptibus impar esset, dissimulato nonnihil dolore, quo in Maximilianum Imperatorem, Ludovicum

cum

cum XII. Franciæ, & Ferdinandum Aragoniæ Reges afficiebatur, totus in eo erat, ut cum tribus hisce Monarchis armorum societatem pacifceretur.

Sæcul. XVI.
A C. 1508.

§. II.

Fædus contra Venetos a Julio Galliarum Regi propositum.

Præprimis igitur ad Galliarum Regem recurrerat Pontifex, missio ad eum Carpiensi Comite, qui hoc negotium perficeret. Proponebat in regio Senatu nova hæc foederis consilia Cardinalis Auscitanus, cui etiam Cardinalis de Ambasia primus Regis Minister, Venetis alias jam infensissimus, strenue suffragabatur. Præcipuum foederis hujus punctum id erat, ut omnes, qui huic armorum societati accederent, pro viribus mutua sibi suppeditarent auxilia, donec cunctæ, quas Veneti usurpasse dicebantur, ditio- nes vindicatæ essent.

Bellefor. lib.
6. cap. 16.

§. III.

Senatus Gallici sententia de hoc fœdere.

Prælegebatur itaque hic articulus in Regis Senatu, & omnium propemodum suffragiis acceptabatur, ac unus ob-
A 2
bat

Sæcul. XVI.
A.C. 1508.

bat Stephanus Poncherus Parisiensis Episcopus, qui hæc consilia evertere conatus est, prætendens, Gallis summe proficuum esse Venetorum amicitiam, ceterorum vero societatem Franciæ omnino exitiosam. Hic Episcopus communem Senatorum consensum non nisi abjectæ adulationi, qua primo Regis Ministro obsequi certabant, adscribebat; censebat enim, quod servili quodam Regis voluntati inserviendi studio ducti fuissent, cum tamen haud alio ex fine ad Senatorum dignitatem evecti essent, quam ut Regi, quæ justa censerent, consilia suggererent, ab iis vero, quæ iniqua sunt, eundem absterrent. Palam quidem erat, Episcopum hunc recte sensisse, sed prævalebat ceterorum auctoritas, ac ipsismet Ludovicus Rex æque ac ejus Minister in Venetos commotus, eos vexandi occasionem sibi oblatam avide arripiebat.

§. IV.

*Cæsar, & Arragoniæ Rex hujus
fœderis socii.*

Raynald.
ann. 1509.
num. I.

Cum vero Cæsarem quoque fœderis hujus socium optarent, idcirco Oratores ad eum decreverunt, atque, ut eò certius illum ad suas partes pertraherent, dextre veterum, quibus olim cum Venetis

tis collidebatur, contentionum necdum Sæcul. XVI.
 plene extinctarum memoriam refrica- A. C. 1508.
 runt: nec incassum; Maximilianus quippe
 foederis articulos sibi prælegi jussit,
 cum autem eos rebus suis propitios cer-
 neret, lubens illos approbavit. Ast non
 eadem facilitate Ferdinandus Arrago-
 num Rex societati huic nomen dedit,
 sed plura eaque gravia, quæ ipsum ab
 hoc foedere absterrent, proponebat ob-
 stacula. Ergo ut illa e medio tollerentur,
 adlaboratum est, & quamvis ipse ex
 rationum momentis sibi propositis hanc
 societatem minus æquam cognosceret,
 nihilominus oblato foederi subscripsit;
 intellexerat enim, quod tum Cæsar, tum
 Galliarum Rex unioni huic faverent, a-
 liunde etiam hujus societatis beneficio
 spem concipiebat recuperandi ea, quæ
 Carolo VIII. bellum in Neapolitanos mo-
 vente, Venetis in Apulia pignoris loco re-
 liquerat. Itaque & ipse ceteris arma sua
 conjungere pollicebatur, eo tamen con-
 silio, ut a novis hisce foederatis deficeret,
 quamprimum commodi sui ratio datæ
 fidei mutationem suaderet.

§. V.

Quæsitæ hujus Fœderis causæ.

Igitur utrinque firmabatur nominatissi- Guic. hist.
 mum hoc foedus, quod vulgo *Camera- l. 8.*

A 3

censis

Sæcul. XVI
A. C. 1508
*Seysfel hist
Ludov. XII
Raynald. ad
ann 1509.
n. 3. & 4.*

ensis societas, nomine a loco congressus mutuato dicebatur: Ut vero rei gestæ, si fieri posset, suspicio Venetis penitus adimeretur, atque hujus congressus consilia alto admodum silentio premerentur, Foederati obtendebant, se nulla alia ex causa convenisse, quam ut dissidia inter Carolum Lucemburgicum Hispaniæ Principem, & Geldriæ Ducem Gallis foederatum exorta mutuo colloquio componerent. Quinimo, ut hic prætextus ad veritatem propius accedere videretur, concordiae pacta a Geldriæ Duce oblata hoc anno die decima Decembris signabant ac hujus causæ cognitionem iudicibus committi fingeant, cum tamen eodem die absque fori strepitu, aliisque solemnibus mutuæ armorum societati, quæ genuina congressus causa erat, adversus Venetos subscripsissent. Præpediebantur foederati Principes hisce comitiis per se ipsos interesse, unde quivis eorum suos eo ablegabat Deputatos, ac Imperatoris quidem nomine aderat Margarita Austriaca Sabaudia Ducis Vidua Maximiliani Filia, & Belgii Gubernatrix, quæ rerum gerendarum dexteritate percelebris, animos flectere nata, atque ad concilianda dissidentium studia longe aptissima videbatur. Ludovicus quoque Galliarum Rex Cardinalem de Ambasia primum suum Ministrum, Rex vero Arragoniæ

goniæ itidem suum Oratorem eo decre-
verant: totum vero negotium præcipue
Cardinalem inter, & solum Sabaudia
Ducem concludebatur, ceteris nonnisi,
quæ inter ambos discussa, atque conclu-
sa fuerant, rata habentibus.

Sæcul. XVI.
A. C 1508.

§. VI.

*Articuli secreti fœderis adversus
Venetos.*

Cum supervacaneum existimem concor-
diæ leges cum Geldriæ Duce initas
impræsentiarum recensere, solum memo-
rabo fœdera contra Venetos hunc in
modum perscripta. I. Sit mutua armo-
rum societas inter summum Pontificem,
Galliarum, & Arragoniæ Reges eo fine,
ut ditiones, & loca, quæ Veneti singulis
eripuerunt, denuo vindicarentur. Red-
dantur ergo summo Pontifici urbes, quas
ii in Romandiola adversus Sedem Apo-
stolicam usurparunt, erant autem Ravenna,
Cervia, Faventia, Ariminum, Forum Cor-
nelii, & Cesena; Imperatori vero resti-
tuantur Roboretum, Verona, Patavium,
Vicentia, Trivisum, & Forum Julium:
ad Galliarum Regem redeant Brixia,
Crema, Bergomum, Cremona, & Gera-
dada, cum singulis locorum territoriis,
quæ antiquitus Mediolanensis Ducatus
erant. Pariter Arragoniæ Rex recuperet

*Hist. de la
Ligue de
Cambray
vol. 2. Paris.
1709. tom I.
lib 1 p. 50.
Marian hist.
His. lib. 29.
n. 65.*

Secul. XVI
A.C. 1508.

Tranum, Brundusium, Otrantum, & Gallipolin cum omnibus portibus, quos Veneti in Neapolis Regno occupaverant. II. Die prima Aprilis anno sequenti Fœderati Principes instructos exercitus suos in aciem educant; cum autem Maximilianus triennales inducias antea cum Venetis inierit, Papa Maximilianum, ut violati pacti causam habeat, velut Ecclesiæ Romanæ clientem evocet, ut ad recuperandas Ecclesiastici imperii urbes opem ferat. III. Cum hi tres Principes Venetos profanis armis aggressuri sint, simul Pontifex indicta anathematis poena ad usurpatorum restitutionem Rempublicam compellat, statumque interdicto subjiciat. IV. Hungariæ, & Angliæ Reges, necnon Sabaudia, ac Ferrariæ Duces, unacum Mantuano Marchione, ut & ipsi fœderi accedant, sollicitentur. V. Durante bello nec Cæsar, nec Hispaniæ Princeps ejusdem Nepos ullo pacto Aragonum Regi molestiam inferat ob jura in Castellæ regnum, quod Joannæ Hispaniæ Principis Matri parebat. VI. Maximilianus Ludovico XII. novam Mediolanensis Ducatus inaugurationem concedat, in qua etiam Brixia, Bergomum, ceteræque ejusdem Ducatus urbes a Venetis repetendæ comprehendantur. VII. Si Respublica a Turcis subsidia imploret, Fœderati auctis viribus tanquam sacra

cra

ora expeditione adversus infideles sumpta eam persequantur. VIII. Foederatorum Principum nullus absque ceterorum assensu pacem, vel inducias cum Venetis paciscatur. IX. Denique ne contentio, quæ Cæsarem inter, ac Regem Catholicum tunc gliscebatur, foederis consilia, atque successum everteret, communi utriusque suffragio feligantur Commissarii, quorum opera, peracto cum Venetis bello, lis amica compositione dirimatur.

Sæcul. XVI.
A. C. 1508.

§. VII.

Sabaudia ac Ferraria Duces, nec non Mantua Marchio Foederi accedere rogati.

Præterea inter eos sancitum, quod etiam Sabaudia Dux, ut foederi nomen daret, sollicitetur, hunc vero ut eo facilius inducerent, promissi amplitudine apud eum plurimum valitura sibi concilient, spe eadem facta, illum foederatorum ope regnum Cypri, quod a Venetis occupatum, suum esse contendebat, facile recuperaturum; igitur Sabaudia Dux coronæ, cujus jacturam ægerrime ferebat, fiducia captus, Foederatorum votis lubens acquievit. Nec difficiliter expugnabatur Ferrariensis, ac Mantuani Ducum constantia; cum enim illi plurimas urbes,

Hist. de la Ligue l. cit. p. 87. Et suiv. Marim. l. 29 Guicc lib. 8.

ſæcul. XVI arcesque, quas Veneti usurpaverant, a-
A C 1508. misissent, propositam armorum societa-
 tem velut occasionem non minus glorio-
 sam, quam summe proficuum suspiciebant,
 unde & ipsi hac opportunitate usuri,
 se quoque fœderi huic accessuros spon-
 debant.

§. VIII.

*Neglectis Pisanorum studiis, Flo-
 rentini ad ineundum fœdus
 sollicitati.*

*Marian. lib.
 29. num. 66.*

Denique ad augendas Fœderatorum
 vires etiam Florentini, ut sese illis
 conjungerent, sollicitabantur: cum vero
 horum societas absque gravissimo Pifa-
 norum damno confici haud potuerit, il-
 lius auctores non levem inde suo nomi-
 ni maculam inusserunt; quippe ambæ
 hæ nationes, cum continuis inter se jur-
 giis colliderentur, litium suarum arbitros
 selegerunt Galliæ, atque Arragoniæ Re-
 ges. Pisanis favebat populus, & quivis
 eorum causæ patrocinari videbatur, hinc
 præstolabantur omnes, ut ambo Reges
 amica saltem transactione controversiæ
 finem imponerent. Verum hi Florenti-
 nos potius in fœderis sui societatem ad-
 ducere adlaborabant: Pisanos vero ho-
 stium suorum violentiæ relinquebant, ut-
 que glaucoma objicerent populo, causa-
 bantur,

bantur, Italiam haud aliter quam ejus-
 modi foedere, ad pacem reduci posse. Sæcul. XVI. A. C. 1508.
 Equidem concepto semel Venetos de-
 lendi proposito, nil magis e re utrius-
 que Regis erat, quam ut residuam regni Raynald. ad ann. 1508. num. 5. & 6.
 Italici partem nullatenus ad arma con-
 citarent, ne copias suas distrahere coge-
 rentur, sed potius tota belli mole solam
 Venetorum Rempublicam opprimerent.
 Ceterum id vitio datum est ambobus
 Regibus, quod non alio ex fine favissent
 Florentinis, quam ut illos ad Camera-
 cense foedus, atque ad solvenda centum
 aureorum millia compellerent, quæ Flo-
 rentini, si eis Pisana urbs redderetur, pro
 belli Veneti sumptibus polliciti sunt.
*Sententia, inquit Mariana, pronunciata
 nulla famæ memoria, sed honesta factio spe-
 cies prætensa est, Italiæ pacem aliter consta-
 re non posse: Pisanorum libertatem, qui se
 eorum fidei permiserant, turpi mercatu ven-
 diderunt, magno tantorum Principum dede-
 core, infamiaque majori Ferdinandi (quam
 Ludovici XII.) dum illius clientelæ & pa-
 trocinio se suaque Pisani permiserant.*

§. IX.

Cameracense Foedus firmatum.

Postremo etiam Hungariæ Regem, ut Marian. l. 29 n. 67.
 foederatis sese jungeret, induxerunt,
 spe facta, quod Dalmatiam a Venetis re-
 gno

Sæcul. XVI
A.C. 1508

*Bonacurs. in
Diariis
Surita lib. 8.
c. 27.*

gno Hungarico sublatam facile recuperaturus esset. Accitis igitur hisce sociis, die decima Decembris Anno Domini millesimo quingentesimo octavo foedus Cameraci conclusum est, subscribentibus Margarita Austriaca, & Cardinale de Ambasia nomine eorum, qui utrique agendi facultatem commiserunt: Nuncius vero Apostolicus foedus nomine Pontificis signare recusabat, caussatus, se debita ad id auctoritate haud instructum. Ast ejus vices supplevit Cardinalis de Ambasia, solo Pontificii in Galliis Legati titulo fretus, quamvis hæc dignitas nullatenus ei tantam assereret facultatem: Arragonensis autem Legatus nihil hæsitans subscripsit, ratus, hoc foedus Regi Domino suo proficuum fore; cum is saltem usque ad belli exitum Castellæ possessionem certam haberet, haud dubitans, hanc armorum societatem, si forte rebus suis adversa esset, a Ferdinando facili negotio eludendam. Imperator quoque Mechliniæ tertio decimo post die, eodemque ferme tempore Ludovicus Rex assensum suum præbuit, Venetis adhuc congressus eventum ac foederis erectionem ignorantibus.

§. X.

Secul. XVI.
A.C. 1508.

*Papa foederatis nomen dare
cunctatus.*

Ceterum summus Pontifex. quamvis *Guicc. l. 8.*
adversus subscriptionem nomine suo *Petrus de*
a Cardinale de Ambasia factam aperte *Angl. ep 409*
non reclamasset, nihilominus sua agendi *Raynald.*
ratione satis luculenter testabatur, sibi *hoc anno n. 3.*
minime probari, negotium illud tam præ-
cipiti consilio maturatum fuisse; vere-
batur enim, ne Imperator vindicato qua-
rundam urbium imperio, turbas in Ita-
lia excitaret. Præterea Ludovico Regi
non usque adeo propensus erat, ut suo e-
tiam auxilio ejus potentiam augetet:
Cum vero Veneti paulo post de foedere
edocti, inde non parum anxii viderentur,
nulla mora summus Pontifex ex Ve-
netorum Oratore explorabat, num Res-
publica urbes, quas Sedi Apostolicæ eri-
puisset, præcipue Faventiam, atque Ari-
minum restituere parata esset. Verum
cum repulsam tulisset, Badoerem Orato-
ris socium advocavit, eidemque exposuit,
ingens periculum Reipublicæ immine-
re, si foederi ultima manus admoveretur,
atque unicum, ne omnino firmaretur, su-
peresse remedium, si Faventiam, & Ari-
minum Ecclesiastico redderent dominio.
His addebat, facta hac restitutione vali-
das

Sæcul. XVI. das sibi suppeditari rationes, ex quibus
A.C. 1508. subscriptionem detrectare posset; de ce-
 tero Foederatorum societatem, Pontifice
 patrocinium suum denegante, mox dis-
 solutum iri ajebat. His perceptis Ba-
 doeres totam rei seriem ad Rempublicam
 perscripsit, cujus Senatores habito con-
 ventu, cunctisque, quæ Legato responde-
 rent, mature perpensis, una omnes in Tre-
 visani Procuratoris sententiam abiere,
 qui eos hortabatur, ne incautius Ponti-
 ficis fidei sese committerent; fore enim,
 ut ille, recuperatis Faventia, & Arimino
 urbibus, firmato foedere Ravennam quo-
 que atque Cerviam repeteret; Curia e-
 nim Romanæ nil solemnius esse, quam
 pactorum fidem frangere ajebat. His
 Trevisani rationibus permoti Senatores,
 cum nullatenus concordiam cum Ponti-
 ficis inire statuissent, Julius Camera-
 cense foedus acceptavit, ratumque habuit,
 hanc in rem diplomate seu Bulla die
 vigesima secunda Martii Anno salutis mil-
 lesimo quingentesimo nono edita.

§. XI.

*Bellum Lusitanorum contra Mauros
in Africa.*

Marian. l. 29 Solus ferme Emanuel Lusitanæ Rex
 a. 69. Foederatorum societati nomen dare
Ojorius lib. 6 recusabat: dum enim interea ceteri a-
 trocia

trocia inter Christi fideles bella pararent, is fidei Christianæ, atque imperii, nominisque sui per totam Asiam atque Africam propagationi studebat. Nec illi deerat occasionis opportunitas; quippe Maurus quidam nomine Zesam Fezzæ Regi Patrueli suo graviter offensus, sponte sua Lusitanos accesserat, eisque, si sese illius fidei committerent, Azamoram nobilissimam urbem ad maris litora sitam prodere pollicebatur. Emanuel tam amplam occasionem haud negligendam existimans, validam classem instruit, eique ductore Joanne de Menezes peditum duo millia, equitesque quadringentos imponit, ac die vigesima sexta Julii e portu Ulyssiponensi solvit. Verum vix classis ad Africæ oram appulsa est, dum perfidia Mauri detecta, ac nimium facile fidem ei fuisse adhibitam constitit; etenim ipse quantocius fuga elapsus, Azamoram repetiit, idcirco Lusitani cum ab Infidelibus ex insidiis opprimi vererentur, nulla mora viam relexerunt, relictis quibusdam navibus, quæ unacum triremi sabulo infixæ hæserunt; classis vero, cum Ulyssiponensem portum attingere non posset, ad Fretum Gaditanum procurrare compellebatur, in obvio quovis portu præsidium quæsitura, donec favente aura tuto in Lusitaniam reverti valeret. Verum hæc ipsa adversantis fortunæ

Sæcul. XVI.

A.C. 1508.

*Raynald. hoc
num 9**Barros. dec. 2
lib. 3. c. 2 3.**Es 4.
Nasse lib. 3.**Es 4.*

Sæcul. XV. fortunæ iniquitas ingentis prosperitatis
A.C. 1508. auspiciū erat.

§. XII.

Mauri Arcilla urbe pulsī.

Marian. lib. 29. n. 36.
Raynald. ib. n. 12.
Surita lib. 5. cap. 23.
Rex enim Fezarum, sive Lusitanorum
 victorias indignatus, sive gloriæ cu-
 piditate stimulatus, die nona Octobris
 cum valido exercitu Arcillam urbem
 cinxit, eamque impetu facto occupavit.
 Equidem illius Præfectus celeri fuga sese
 ad arcem receperat, eam tamen Rex
 quantocius adoriebatur, ac globis conti-
 nuo emissis quatiebat: quapropter
 Joannes Menesius, qui ad Tingis portum
 confugerat, accepto tristi nuncio confe-
 stim cum classe sua obsessis in auxilium
 accurrit, Maurisque aggere, quem oc-
 cupaverant, depulsis, arcem subsidiis, an-
 nona, armorum apparatu, cunctisque re-
 bus, quibus obsessi ad strenuam defensio-
 nem opus habebant, opportune instruxit.
 Præterea Ferdinandus, qui tum Hispali
 agebat, novos Maurorum insultus veri-
 tus, Petro Navarrae Comiti negotium de-
 dit, ut cum classe sua, quam in Heracleæ
 sinu habebat, sine moræ dispendio Chri-
 stianis præsto esset; igitur die trigesima
 Octobris prope Arcillam appulsus, tam
 vehementi tormentorum explosione Mau-
 rorum castra infestaverat, ut illis inde
 rece-

recedere coactis, nil reliquum Fezzarum Regi esset, quam ut urbe incensa cum residua dissipati exercitus sui parte præcipiti fuga Alcarquiviram contenderet. Hujus demum victoriæ beneficio Lusitanorum urbes ab hostili metu liberatæ fuere; Rex vero Emanuel Ferdinando datis literis ob suppetias adeo opportune submissas, grates rependit.

Sæcul. XVI.
A. C. 1508.

§. XIII.

Castellæ Procerum querelæ adversus Ferdinandum.

Non ea tranquillitatis aura Ferdinandus in regno suo fruebatur, haud vane etenim Procerum suorum clandestinas artes atque potentiam verebatur, cum inter eos nonnulli reperirentur, qui Regem, quamvis is auctoritatem suam apud Castellanos omni studio tueri conaretur, assidue reprehendendi ansam aucupabantur. Hos inter præcipui erant Alphonsus Manriquez Pacis Augustæ Episcopus, & alter Catanæ in Sicilia Antistes, qui, postquam a Ferdinando defecerant, & Philippo Regi adhæserant, semper illi adversabantur, quippe veniæ obtinendæ diffidentia eorum odium atque indignationem identidem magis, magisque acuebat, illosque in pertinaci suo consilio obfirmabat; hinc non modo

Marian. ib.
n. 64.

Raynald. hist.
ann. n. 3.

Hist. Eccles. Tom. XXXII. B prom-

Sæcul. XVI. A.C. 1508. prompta submissione præteritæ culpæ maculam abolere negligebant, sed etiam novis, iisque atrocioribus criminibus priora augebant.

§. XIV.

Causa horum Episcoporum Commissariis a Pontifice delegata.

Mariana ib. *n. 54.* *Paris. MS.* *Arch. Vatic.* *p. 285.* *Raynald. l. c.* Igitur Ferdinandus apud Pontificem con-questus, ambos hosce Episcopos debita pœna coerceri postulabat; is vero utriusque causam Toletano Archipræsuli, ac Burgenſi Episcopo cognoscendam commisit, atque ambos, ut in eos sententia pronunciaretur, ad se vocari præcepit: ea re cognita Pacensis Episcopus fuga sibi consulere, atque in Flandriam ad Archiducem secedere statuit; verum in itinere haud procul ab urbe Sanandrea agnitus, captusque aliquamdiu in arce Arienza detinebatur, demum vero summi Pontificis jussu ad Archiepiscopum Toletanum remittebatur.

Verum in sola horum Episcoporum conjuratione non stetit fortunæ Ferdinandum persequentis iniquitas; quippe insuperhabita vigili ejus prudentia, ac liberalitatis studio crebris, iisque periculosis involvebatur tumultibus: Vix enim Cordubam pervenerat, cum nuncium accipit, quod Bernardinus Carvajals Cardi-

Cardinalis in Germania Legatus majori Sæcul. XVI.
 longe studio Cæsaris commoda, quam A. C. 1508.
 demandata sibi Castellani regni negotia
 procuraret. Rex indignitate facti com-
 motus, datis ad Pontificem literis Lega-
 tum hunc utpote fidei minus probatæ
 Virum revocari postulavit. Annuit pro-
 tinus Papa, ac Cardinalem Romam re-
 dire jussit, quo facto Rex Catholicus Au-
 tumno ad finem vergente Corduba pro-
 fectus, Hispalim petiit, ubi cum ingenti-
 bus lætitiæ signis exceptus, itineris sui
 sociam habebat Germanam conjugem
 suam, ejusque Nepotem Ferdinandum.

§. XV.

Conjuratio a Ferdinando dissipata.

Verum Ferdinandus, cui adversæ for- Marian. c. 64
 tunæ casus ac procellæ aliæ ex aliis
 imminebant, iniquissimo teterrimæ hye-
 mis tempore Hispalin secedere, ac celer-
 rime in Castellam reverti compellebatur,
 ut conjurationem in se conflata, cujus
 caput erat Infantadiensis Dux, dissiparet.
 Ad primum tamen Regis conspectum
 conjuratorum factio viribus, ac numero
 decrescebat; Ferdinandus enim Proceres
 blanditiis ad se pellexit, ceteros minis
 terruit, magis vero in perfidia obfirmatos
 beneficiis cumulavit, eosque ad suas
 partes pertraxit.

B 2

§. XVI

Sæcul. XVI.
A.C. 1508.

§. XVI.

*Sultani Ægypti conatus in Indiis ad-
versus Lusitanos.*

*Barr. Dec. 2.
lib. 2. c. 6. &
seq.*

*Spond. ad
hunc ann. n. 3*

*Marian. lib.
29. n. 68.*

*Clacon. in
addit. tom. 3.*

*p. 244.
Raynald. hoc
ann. n. 9.*

Sub idem tempus Ægypti Sultanus nomine Campso Lusitanos ex Indiis depellere moliebatur; palam enim a Cambayano, & Calecutiensi Regibus, clam quoque a Venetis sollicitabatur, potissimum vero ad hujus belli consilia a proprio Ægyptiacæ negotiationis quæstu stimulabatur: Cum autem gravioris momenti rem aggrederetur, ipseque moliminis difficultatem præsentiret, priusquam aperta vi propositum suum exequeretur, amicæ compositionis viam tentare decrevit. Hanc in rem Patris Mauri, qui sacri sepulchri Jerosolymæ Guardianus erat, solertiam selegit, eidemque in Italiam, atque Hispaniam ablegato negotium dedit, ut apud summum Pontificem, Hispanum, atque Lusitanum Reges de proposito negotio ageret; cum autem Legatio prorsus optato successu destitueretur, Sultanus vim adhibere, & quod concordiaë pactis obtinere desperaverat, armorum violentia extorquere statuit.

§. XVII.

Sæcul. XVI.
A C. 1508.

§. XVII.

*Classis contra Lusitanos instructa;
ejus victoria.*

Ergo Sueffæ, quæ urbs est nonnisi trium
dierum itinere a Cairo diffita, clas- Ofor. lib. 4.
§ 6.
sem instrui, omnique armorum apparatu Masso lib. 4.
Marian. lib.
muniri jubet. Numerabat illa sex trire- 29. c. 16. § 22
Raynald. ib.
mes, unum amplius navigium, quod Bosius p. 2.
l. 17. Gau-
lum vocant, & quatuor majores naves
onerarias, quibus Sultanus octingentos
Christianæ fidei desertores imponebat,
atque expeditionis curam cuidam nomi-
ne Mirocemo, natione Persæ, Belliduci
dexteritate, ac belli experientia clarissi-
mo demandabat. Hic velis factis ex
Sueffano portu solvens, mare rubrum fe-
liciter trajecit, lectisque Arabiæ oris, ac
superato Sinu Persico in Cambayæ re-
gnum appulsus, demum jactis anchoris
in Insula & portu Diensi hæsit, qui tum
Orientis totius emporium erat opulentia
longe celeberrimum. Mittebatur illuc
Laurentius Almeida Indiarum Pro-Re-
gis Filius, ut ripas tueretur, & Lusita-
norum naves, quæ in Lusitaniam rever-
suræ, ex Cochinesi portu mercibus am-
plissimis onustæ solverant, comitaretur,
cum autem Almeida Ciaulensem por-
tum ingrederetur, nuncium accepit, ad-
ventasse Ægypti Sultani classem, eam-

B 3

que

Sæcul. XVI. que a Diensi Governatore triginta qua-
A.C. 1508. tuor liburnicis auctam fuisse.

Jamque in conspectu utraque classis erat, sed prima die non nisi eminus tormentis prolusum adeo, ut major esset tormentorum sonitus, quam dimicantium cædes: Postera autem die Almeida virium suarum fiducia animatus injecto unco ferreo retentam Mirocemi navem, quæ prætorix vexillum explicabat, abducere tentavit. Ast non modo audax consilium eventus fefellit, sed ipse etiam Almeida duabus sagittis temere excussis graviter vulnerabatur, & quam plurimi qua Nautæ, qua milites ex vulnere ad prælium inhabiles fiebant. Nihilominus altera die pugna restaurabatur, & Diensis Governator, qui postremo hostilis exercitus agmini præerat, semperque in alto mari hærebat, cum navibus suis portum oppidi Ciauli ingrediebatur, eo adventante Lusitani, quamquam navium, militumque numero hostibus suis longe inferiores essent, non minori animo quam consilio de portu egredi, ac per mediam Sultani classem erumpere statuunt, ut tandem in altum elabi possent.

§. XVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1508.*Lusitanæ classis Præfectus
trucidatus.*

Cum itaque Lusitani totam noctem in præcidendis anchorarum funibus exegissent, tandem fugæ atque pelago sese committebant. Ast hostium classis omni virium contentione fugientes insequebatur, tantumque globorum imbrem in prætoriam Lusitanorum navem effundebat, ut illa plurimum ex hesterno certamine jam attrita omni ex parte aditum aquis irruentibus præberet, ac demum hosti in prædam cederet, ipso etiam Almeida trucidato, cujus Pater Indiarum Prorex non modo sibi a lacrimis temperavit, sed & ab aliis illum lugeri haud sustinuit inquiens: „ Filii mei „ mors laudabili potius invidia quam lacrimis digna est, unde ploratu illam „ dedecorare nefas foret; cum enim omnes homines ineluctabili necessitate „ morti obnoxii simus, vitam, quam naturæ debebat, cum patriæ suæ ac Religioni adversus Christi ac Regis hostes defensæ reddiderit, num magis „ gloriosam mortem oppetere potuisset? „

Marian. lib. 29. n. 69. 70.

B 4 §. XIX.

Sæcul. XVI.
A. C. 1508.

§. XIX.

Quorundam Cardinalium obitus.

Garimbert. hist. Card. l. 4 Aubery, Onuphr. Ugel. Raynald. hoc ann. n. 24 Ciaccon. in Jul. II. p. 257. Paris. in itin. Jul. II. MS. Arch. Vatic. p. 295. Eodem hoc anno Ecclesia Romana extinctos luxit sex Cardinales, quos inter primus erat Antonius Ferrerius Episcopus Perusinus Savonæ obscuris natalibus ortus. Is primo Recinetensi Cardinali Nobilis Scutarii obsequium præstitit, postea vero Julii II. Pontificis familiæ adscriptus, ab eodem Proto-Notarii munere, ac Pontificii Palatii Magisterio decoratus est. Nolanam, Eugubinam, & Perusinam Ecclesiam rexit, demum vero Anno salutis millesimo quingentesimo quinto in Cardinalium Collegium adoptatus est, obstantibus quibusdam Cardinalibus, quibus perversa Viri indoles magis perspecta erat. Ast Pontifex horum repugnantiam parum moratus, nihilominus eundem nominavit, etsi brevi & ipse electionis hujus pœnitentia tactus fuerit; Ferrerius enim, cum Bononiensi Legatione fungeretur, incredibili tyrannide incolas divexabat, quorum plures, postquam triginta ferme aureorum millia ex iis extorserat, morti etiam addixit: Unde a Pontifice comprehendi jubebatur, atque in arce S. Angeli includebatur, in eam quoque suspicionem adductus, quod Pontificis vitæ insidias struxisset

xisset: insuper ejusdem suppellex diven-
debatur, ut Bononiensibus ablata reddi
possent. Subinde vero Papa miseratione
motus, temperato nonnihil carceris
squalore eundem in cœnobio S. Onuphrii
honestiori custodiæ mancipari jussit, con-
cessa itidem facultate, ut ad Recineten-
sem Cardinalem sese recipere valeret, ubi
etiam die decima tertia Julii præ nimio
dolore consumptus est.

Sæcul. XVI.
A.C. 1508.

§. XX.

Columnæ Cardinalis extrema.

Alter erat Joannes Columna, Martini V.
Nepos Antonii Principis Salernitani
Filius, ac Fabricii, & Prosperi Bellidu-
cum generosissimorum frater. Is die
decima quinta Maji Anno Domini mille-
simo quadringentesimo octogesimo a Six-
to IV. purpura decorabatur, verum
paulo post ab eodem Papa moto in Fer-
dinandum Neapolis Regem bello, cujus
partibus adhæserat, comprehendi jube-
batur, ubi vitæ suæ discrimen subiisset,
nisi pace conciliata, ex arce S. Angeli,
in qua plusquam integrum annum ca-
ptivus detinebatur, liber evasisset: De-
mum vero multis præclare gestis, quo-
rum suo loco mentionem ingessimus, Ro-
mæ diei vigesima sexta Septembris e vi-
ta migravit, annos natus quinquaginta

Ciacon. ib.
Gnicc. hist.
lib. 1.
Paul. Jov.
lib. 3.
Onuphr.
Aubery,
Spond.

Sæcul. XVI. & unum : sepultus est in Ecclesia SS. A.C. 1508. duodecim Apostolorum, ubi hodieum ejusdem sepulchralis inscriptio legitur.

§. XXI.

*Trivultii, Trimollii, & Francioti
de Ruvere Cardinalium
fata.*

*Raynald. hoc
ann. n. 24.
Ciacon. l. c.*

Tertius inter Purpuratos, qui mortalitatem exuerant, erat Antonius Trivultius Petri Trivultii filius, ac Theodori Franciæ Marescalli frater, qui primo Rotæ Romanæ Auditor, postea Anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo septimo Comensis Episcopus nominabatur. Hic jussu Joannis Galeatii Mediolanensis Ducis, cui a secretis erat, Orationis munere primum apud Venetos, dein apud Neapolitanos functus est, ac regiam inde Sponsam Isabellam Arragoniam Ferdinandi Regis Neptem Mediolanum deduxit: postquam vero Galli Mediolanum occupaverant, ipse eorum partes secutus, ad preces Galliarum Regis ab Alexandro VI. summo Pontifice Anno Christi millesimo quingentesimo Cardinalium Senatui adscriptus fuit. Die vero decima octava Martii annos natus quinquaginta & unum ex nimio animi dolore, quem ob Ludovici Trivultii fratris sui in ætatis flore defuncti obitum

tum conceperat, & ipse supremum vitæ Sæcul. XVI.
A.C. 1508.
diem egit.

Pari fato Joannes Trimollius Anno Salutis millesimo quadringenteumo nonagesimo vivis ereptus est. Is Ausciorum Archiepiscopus, necnon Pictaviensis Præsul Anno quingentesimo quinto supra millesimum creatus, demum a Julio II. Pontifice die quarta Februarii Anno Salvatoris millesimo quingentesimo septimo Bononiæ renuntiabatur Presbyter Cardinalis, anno autem sequenti, ut testatur Raynaldus, die vigesima secunda Julii occubuit, sepultus in Ecclesia Collegiata S. Mariæ ad castrum Thoracense. Eodem anno Galeottus Franciottus de Ruvere patria Luccensis, Julii II. Nepos, naturæ debitum solvit. Is erat primo Luccæ, postea Patavii, & Cremonæ Episcopus, necnon Beneventanus Archipræsul, demum a laudato Pontifice Anno millesimo quingentesimo tertio purpura donatus fuerat.

§. XXII.

*Mors Cardinalis Georgii Costæ
Ulyssiponenfis.*

Ultimus inter Cardinales, qui tum e *Aubery hist.*
vivi excesserant, recensetur Geor- *Card.*
gius Costa Lusitanus, in Dioecesi Ulyssi-
ponensi obscuris parentibus natus, meri-
tis

Sæcul. XVI. A. C. 1508. tis vero ac virtutum splendore longe clarissimus erat, quocirca a Principibus summo honore habebatur. Eum sibi arcanorum arbitrum selegit Catharina de Lusitania Eduardi Regis Filia, quæ, postquam Carolo de Navarra Viannæ Principi, necnon Eduardo IV. Angliæ Regi desponsata fuerat, sed neutri copulata in sacrarum Virginum Collegium Ordinis S. Claræ sese abdidit. Hujus opera Georgius quædam beneficia, proprio autem meritorum suffragio Ulyssiponensem Archiepiscopatum obtinuit. Postea jussu Alphonsi V. Lusitanicæ Regis Orator ad Castellæ Regem missus, primi Ministri dignitate auctus est, atque ad illius preces a Sixto IV. Anno salutis millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto in Cardinalium Collegium cooptatus in Italiam ejus jussu quarto post anno contendit, ubi ad Venetorum Rempublicam Sedis Apostolicæ Legatus decernebatur. Ceterum apud Joannem II. Lusitanicæ Regem minus quam apud ejus Patrem gratia valebat; hic enim inimicorum criminationibus delusus, ipsam quoque integerrimi hujus Viri fidem suspectam habere cæpit; postea tamen morti proximus, concepta erroris sui poenitentia, publice veniam petiit. Cum vero Emanuel Rex Anno Salvatoris millesimo quadringentesimo nonagesimo

fimo

fimo quinto solium conscendisset, Geor- Sæcul. XVI.
 gium ablegabat, ut Regis nomine Ale- A.C. 1508.
 xandro VI. filialis obsequii pensum ex-
 solveret, eumque, ut regio consilio inter-
 esset, Ulyssiponem repetere rogavit; ve-
 rum Georgius navibus, quibus eo defer-
 retur, appulsis, quominus Ulyssiponem
 veniret, suam senectutem, ac summi
 Pontificis, qui eum Romæ detinebat, vo-
 luntatem prætexebat, nihilominus quam-
 diu ibidem persistebat, Regi suo apud
 summum Pontificem haud vulgaria præ-
 stitit obsequia, tandem vero die deci-
 ma quarta Septembris Anno millesimo
 quingentesimo octavo, postquam Tuscu-
 lanam, Albanensem, ac Portuensem Ec-
 clesias rexisset, Romæ rebus humanis
 valedixit, annum ætatis agens centesi-
 mum secundum.

§. XXIII.

*Sixtus Gara de Ruvere Julii
 Nepos Cardinalis creatus.*

Defunctorum Cardinalium numerum Ciacon. ib.
 suppleturus Pontifex, hoc anno non Raynald. ib.
 nisi unicum sacro Collegio aggregavit. n. 25.
 Is erat Sixtus Gara de Ruvere ejus Ne- Paris. in
 pos, Cardinalis Galeotti frater uterinus, itin. Jul. II.
 cui etiam non modo in titulo Cardinalis MS. Archiv.
 S. Petri ad vincula, sed etiam in Bene- vatic. p. 295.
 ven-

Secul. XVI
A. C. 1508.

ventano Archiepiscopatu successit, quamvis ab illo moribus, atque ingenio plurimum diffideret. Præterea Lucensem, & Cremonensem Episcopatum necnon S. R. E. Pro-Cancellarii dignitatem obtinuit, testaturque Panvinius, illum etiam Vincentina, & Patavina Infula auctum fuisse. Ast ob Vicentinam Ecclesiam graves discordiæ exoriebantur inter Julium Pontificem, & Rempublicam Venetorum, eoquod hi defuncto Cardinale Galeotto de Ruvere vacanti huic Sedi suffecissent nobilem Venetum, Dandalum nomine, quamvis Julius II. Papa ad eandem jamjam nominasset Sixtum Garam, qui tamen illius possessionem non adiit, nisi postquam Dandalus juri suo cesserat, cum toto dissidii tempore, Ecclesiæ illius titulum gessisset. Anno autem sequenti Sixtus Cardinalis hanc Sedem cum Patavina commutavit, demum vero accerrimis podagræ doloribus vexatus ab aula, necnon a publicis muneribus ac dignitatibus abhorrens, omnem fere ætatem ruri egit, & anno Christi millesimo quingentesimo decimo septimo, ætatis suæ quadragesimo quarto vitæ concessit.

§. XXIV.

§. XXIV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.*Venetorum consilia adversus Came-
racense foedus.*

Ann. 1509.

Cum Veneti summo Pontifici Faventiam, atque Ariminum urbes repententi morem gerere detrectarent, Julius die vigesima secunda Martii Anno Salutis millesimo quingentesimo nono bellum decernere, ac foedus firmare compellebatur, quod idem Taurini die duodecima Maji præstitit Sabaudia Dux. Postquam igitur huic armorum societati ultima manus admota esset, illam omnibus viribus exequi, foederati Principes adlaborabant: Veneti autem, cum ampla horum consilia brevi in vanum casura frustra sperarent, nunc atrocissimi jamjamque impendentis belli periculo vehementer perculsi, ad Papam oratores, qui conditiones antea a se rejectas rursus offerrent, ablegant, nullumque non lapidem movent, ut Cæsarem, atque Arragonum Regem a foedere amoverent. Verum incassum omnia; Papa enim, Cæsar, atque Arragonia Rex una omnes diversis quisque rationibus permoti, ad quævis Venetorum consilia surdas præbebant aures, nec optatus allusit successus fervidis eorum precibus, quibus externos Principes sibi devincire studebant,

Justiniani
lib II.*Guicc. hist.*
lib. 8.

Sæcul. XVI bant; hi enim illos nonnisi inanibus ar-
A.C. 1509. tibus, vanisque pollicitationibus lætabant;
 quippe Angliæ Rex inani eos verborum,
 officique simulatione distinebat, longe
 tamen abfuit a promissorum facilitate o-
 peris constantia, nec feliciter acta est
 specialis illa legatio, quam Ludovicus Ray-
 mundus ad Turcarum Imperatorem
 missus obibat. Nullum igitur aliud re-
 stabat Venetis præsidium, quam armo-
 rum suorum potentia, opumque abun-
 dantia.

§. XXV.

Copiæ a Venetis conscriptæ.

*Mecenigo
 belli Came-
 raci lib. 2.
 Bembo lib. 7.
 Justiniani
 lib. II.*

Promiserant equidem Ursini atque Sa-
 bellii Venetorum Reipublicæ, quod
 quingentos Cataphractos, peditumque
 tria millia in ejus opem suppeditare vel-
 lent, quinimo pro militum stipendiis jam-
 jam quindecim aureorum millia accepe-
 rant. Verum hi Principes ab inito hoc
 foedere recesserunt, atque quorundam o-
 pinione, ne numeratas pecunias Vene-
 tis reddere cogerentur, a summo Pontifi-
 ce obtinuerunt. His tamen Veneti mi-
 nime terri, delectu habito peditum qua-
 draginta millia unacum haud exiguo le-
 vioris armaturæ equitum numero, plus-
 quam tria Cataphractorum millia colle-
 gerunt, quibus Petilianum Comitem
 præ-

præfíciebant, imperio tamen diviso cum Sæcul. XVI.
 Bartholomæo Liviano seu Alviano ejus A. C. 1509.
 Tribuno.

§. XXVI.

*Bellum contra Venetos a Galliarum
 Rege inchoatum.*

Inter ceteros hujus fœderis articulos sanciebatur, ut Galliarum Rex bellum prior auspicaretur, ac prima Aprilis die exercitum in aciem educeret: verum variis obstaculis præpeditus ea, qua desiderasset, celeritate Alpes transire haud poterat, quamvis Pontifex moræ impatiens dolere videretur, eoquod nondum Italia belli flammis flagraret. Tandem vero superatis alpihus Rex fecialem præmisit, qui primo Cremonensibus, demum Venetis in pleno Senatorum confessu die decima septima Aprilis bellum nunciaret; biduo tamen ante factam hanc declarationem Calvimontius Marefcallus, Cardinalis Ambasiani nepos, primus hostilem in modum Venetos vexare cæperat, trajectoque Abduano fluvio cum tribus equitum, peditumque sex millibus, ac nonnullis belli tormentis Trivium jam cinxerat, captaque urbe mille ducentos ac inter eos Justinianum Morosinum unum ex illis, quos *Provisores* vocant, in captivitatem abstraxerat; *Hist. Eccles. Tom. XXXII.* C postea

*Guicci. lib. 8.
 San. Gelas.
 hist. Ludov.
 XII.
 Raynald.
 hoc ann. n. 6.
 11. & 12.*

*blary A.
 27 20 0 3
 108. 1000.
 1. 1. 1. 1.*

Sæcul. XVI A.C. 1509. postea Leicenses præfidiarii totam regionem usque ad Bergomensis urbis portas excursionibus suis infestabant; Laudenses vero in Cremonenses agros populabundi excurrebant, cum interea Placentini pontium navalium subsidio Padum trajicerent, cunctaque flamma, ferroque devastarent. Denique etiam Marchio Mantuanus cum centum cataphractis *Casal-Major* Casale-Majus occupaverat. Ceterum Calvimontius Dux veritus, ne Venetorum exercitus proxime imminens junctis viribus subito eum opprimeret, rupta omni mora Abduam rursus pertransivit, ipsum Regem Mediolani præstolaturus, qui etiam ineunte Mense Majo ibidem advenit, ex lapsu equi, qui crus ejus attriverat, graviter faucius.

§. XXVII.

Julii II. Pontificis Bulla adversus Venetos.

Raynald. ib. n. 6. & 13. Spond. hoc ann. n. 1. Quamprimum Julius II. Gallos Venetis bellum intulisse compererat, & ipse quoque sacris ees armis oppugnare cœpit accerrimo in illos edicto, quod *monitorium* appellabat, ad normam Bullæ divulgato, in quo injuriis, quas potestati Ecclesiasticæ intulissent, fusius enumeratis, de aliis etiam eorum violentiis graviter querebatur, illosque admonebat, ut

ut intra viginti quatuor dies damna Sedi ^{Sæcul. XVI.}
 Apostolicæ illata repararent, urbesque ^{A. C. 1509.}
 occupatas unacum vectigalibus ac redi-
 tibus perceptis restituerent: si ve-
 ro renuerent, non modo eorum urbem,
 verum etiam cetera quæcunque Venetæ
 ditionis loca interdicto subjectum iri mi-
 nabatur. Insuper quibuslibet cuncta eo-
 rum bona occupandi, subditosque in
 servitutem abducendi potestatem con-
 cessit, simulque sub iisdem pœnis prohi-
 buit, ne quis eis opem, aut tectum etiam
 præberet. Ast hæc fulmina, cum ex
 vano commentitiæ auctoritatis prætextu
 procederent, non nisi aerem feriebant (*).

§. XXVIII.

(*) Talia ex calamo cujusdam Scriptoris
 Catholici profluxisse nemo non mirabitur; er-
 gone commentitia in Pontifice est alienorum u-
 surpatores interdicto subjiciendi potestas, quæ
 absque controversia quibuscunque etiam Epis-
 copis asseritur; ergo tempore Apostolorum chi-
 merica erat auctoritas, qua Ananias, & Saphi-
 ra ob retenta, quæ Apostolorum pedibus sub-
 jicere tenebantur, fortunæ bona ipsa etiam mor-
 te pledebantur; num leviori adhuc pœna ad
 emendationem intentata ea, quæ Ecclesiastici ju-
 ris sunt, usurpantes terrere, summi Pontificis
 potestatem excedit? nonne ipse Continuator, si
 forte Julius a Venetis post Alexandri VI. obi-

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

§. XXVIII.

Venetorum appellatio ab hoc edicto ad futurum Concilium.

Guic. l. 8.

Quapropter Senatus Venetus, pro antiquo more (*) a Pontifice ad futurum Concilium appellabat. Verum hujus provocationis successum elusit quorundam Monachorum fuga, qui vel ex ignorantia, vel lucri causa Romanæ Curiaë jura tuebantur, ac Ferrariam pauca, quæ ex Sacrariis abstulerant, se-

tum Ecclesiastico imperio ablata repetere neglexisset, Pontificem ignavum, ac Ecclesiæ bonorum dissipatorem objurgasset? ita nempe calumniantium comparata est indoles, ut cuncta eorum, quibus infensi sunt, gesta in sinistram partem interpretentur, Et summos Pontifices, si lenitate utuntur, ignavos, jurium suorum proditores, ac veteris, severiorisque disciplinae Ecclesiasticæ transgressores criminantur, si vero spretis etiam precibus vim adhibeant, tyrannos, ac veluti alienæ jurisdictionis usurpatores trahant.

(*) Satius fecisset, si ex Raynaldo, quem citat, hæc addidisset verba: Ad eluendam Pontificiam severitatem usurpata jam sæpius ab aliis diffugia captarunt Veneti.

cum abducebant (*), Pontificii edicti executionem promoturi, ut vero satis simile est. Ceterum reliqui ex Clero tam regulari, quam sæculari in obsequio suis Superioribus debito immoti perstiterunt. Postea Venetorum Senatus in suo appellationis diplomate, ad Julii edictum respondebat maximis querelis contra Pontificem, & Galliarum Regem adductis.

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

§. XXIX.

Pontificis Constitutio adversus hanc provocationem.

Summus Pontifex, comperta Venetorum appellatione, mox die prima Julii a-
liam edidit Bullam, qua ejusmodi provo-
catio-

Raynald. hoc
ann. n. 13.
Bulla Julii
II. 22.

(*) Mirum sane! Ergone Venetorum Respublica divitiis adeo abundans appellationi suæ auctoritatem conciliare atque illius successum haud aliter, quam exigui spoliis a fugitivis corrafi auxilio promovere potuit? demum hæc Guicciardinus, quem Continuator allegat, tacet, alium non citat, & plusquam sexdecim Historicos hanc in rem consului, nullus tamen ejusmodi nugæ historiæ suæ inserere dignatur; quæ ergo fides adhibenda sit hisce, pluribusque aliis minus æqui animi motibus, prudentis Lectoris judicio relinquo.

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

cationem evertere conabatur, ac indignationem, quam inde concepit, luculenter testabatur hancque appellationem non nisi *damnatam audaciam, atque temeritatem* esse dicebat, addens: *asserunt inter cetera, eos Pii II. Prædecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione se immiscuerint*; loquitur autem Papa de Constitutione, quam Pius II. in Congregatione Mantuana contra ejusmodi provocationes edidit, quarum tamen usum, utpote omni ævo in Ecclesia comprobatum, quo minus legitimus esset, præpedire haud valuit. Nihilominus Julius huic Pii Papæ Constitutioni majus robur accessurum ratus, si illam sua quoque auctoritate firmaret, eadem statuit, ut *præfata lex tam citra quam ultra montes quoad omnes tam Ecclesiasticas, quam sæculares personas, etiam Regali dignitate, ac Cardinalatus honore fulgentes, capitula, Universitates, communitates & Collegia, congregationes & Synodos, ac etiam parlamenta valere & perpetuo valeret*; simulque declarat, eam validam esse *cum suppletionem solemnitatis cujuslibet, etiam publicationis omissæ, ipsius quoque violatores & eorum quemlibet ultra pœnas impositas pro veris & indubitatis schismaticis, ac de Catholica fide male sentientibus habendos, pœnisque canonicis & legalibus contra tales impositis subjacere, &*
cum

eum Dathan, & Abiron damnationem habere statuit. Tandem vero concludit, Venetorum provocationes nullius roboris vel momenti esse, loca etiam quaecunque, ad quæ violatores ipsos declinare contigerit, ecclesiastico supponit interdicto.

Secul. XVI.
A.C 1509.

§. XXX.

Trivium a Venetis captum.

Cum interea summus Pontifex ita Venetos sacro fulmine percelleret, Galliarum Rex, nequidem expectato foederatorum auxilio, victoriarum cursum continuavit, atque exercitum facile quadraginta armatorum millibus validum in aciem eduxit; recensabat enim duo cataphractorum, seu Helvetiorum, & plusquam duodecim peditum millia, qua Vasconum, qua Mediolanensium, præter plurimas alias legiones. Interim vero Veneti impetu facto Trivium brevi ad tantas redegerunt angustias, ut cives ultra resistendo impares deditioem facerent. Tardius equidem Galliarum Rex laborantis oppidi calamitatem comperebat, sine moræ tamen dispendio opem laurus accurrit; verum præcisa erat temporis opportunitas; oppidani enim jamjam die nona Maji se suaque victoris arbitrio permiserunt, iniquo licet Gallorum fato, quippe Veneti direpta urbe præsi-

Bembo lib. 7.
Justiniani
lib. II.
S. Gelas.
hist. Ludov.
XII.

San Gelas.
l. c.

Scenl. XVI
A.C. 1509.

præsidium, quod quinquaginta cataphra-
ctis, ac mille peditibus sub Duce Fon-
trallio a Calvimontio immiffis constabat,
bonis omnibus exuerunt. Subita hac
deditio Rex permotus, hostem ad præ-
lii discrimen provocare statuit; unde
Casani Abduam flumen impositis tribus
pontibus trajecit, hostibus, quamvis non-
nisi quinto abhinc lapide distarent, tran-
situm prohibere minime ausis: postea
eadem die media leuca a Venetorum
exercitu castra metatus est; cum vero
loci opportunitas hostilibus copiis pluri-
mum faveret, eas aggredi, minus consul-
tum censebat.

§. XXXI.

*Auspicia Agniadellani prælii Gallos
inter & Venetos.*

Quorumdam Gallorum Belliducum
sententia eo abibat, ut Rex pugnae
discrimen haud subiret, priusquam Impe-
ratoris exercitus adventaret; eo enim in
Venetos irruente illorum vires sine du-
bio distrahendae ajebant: at Ludovi-
cus spretis horum consiliis pugnandi ar-
dore, quo milites suos flagrare compere-
rat, opportune usus, die duodecima
Maji Ripam-altam aggreditur, factoque
impetu occupat, ac relata hac victoria
Vacilatam contendit, hostibus aditum ad
Cremo-

Cremonenses interclusurus. Cogitabat
 equidem Alvianus Gallos prævertere,
 locumque occupare, nec id magni labo-
 ris negotium fuisset; verum vix ultimum
 ejus agmen medium iter Vacilatam in-
 ter & Agniadellum tenebat, cum jam-
 jam prima Gallorum acies sub Calvimon-
 tio, & Trivultio Ducibus in Venetos
 irrueret; quoniam vero Galli hostibus
 numero impares essent, Helvetiorum or-
 dinibus perruptis, eorum equitatus a
 Venetis peditibus ingenti clade afficie-
 batur; opportune tamen Rex cum me-
 dia ac postrema acie accurrit, dispersos
 Helvetios colligit, atque aggerem, quem
 hostes pro locandis tormentis tumultua-
 rio opere erexerant, necnon peditibus
 munierant, feliciter superavit, ac demum
 Vasconibus, qui primo animum de-
 sponderant, extrema quæque tentantibus,
 unico veluti temporis momento statio-
 nem, de qua tamdiu controvertebatur,
 recuperavit.

scul. XVI.
 A. C. 1509.

Guicc. lib. 8.

Branton.
 elog. Lud.
 XII.

§. XXXII.

Victoria dudum anceps.

Hic pugnandi ardor ita increverat, ut
 totum demum exercitum occupa-
 ret: fortiter itaque, dudum tamen an-
 cipiti Marte, utrinque certabatur, nec
 strenuum ab ignavo, prudentem a teme-
 rario

Marians
 l. 29 n. 81.

Sæcul. XVI. raro discernendi copia erat, donec Ita-
A.C. 1509. lorum peditatus tanto impetu in Gallos
 pedites effunderetur, ut his in fugam actis stationem in acie caperet. Hæc pugnae auspicia certam Venetis victoriam polliceri videbantur; Italarum enim & Gallorum legiones intermixtæ dimicabant, omnique ex parte tumultuaria erat pugna, nec hostis ferme ab hoste amplius dignoscebatur: Verum, ut non raro præcipue in belli eventibus fieri amat, ubi exigui momenti casus maximas inducunt rerum vicissitudines, ac victoriæ palmam illi tribuunt, qui ejusdem spe votisque jamjam dejectus videbatur; ita etiam tam opportuno consilio bellica Gallorum tormenta inter arbuſta collocabantur, atque hostium oculis subducta tanto impetu in eorum agmina detonabant, ut Veneti, qui adversus vim adeo inexpectatam nullatenus sese præmunierant, plurimum deficerent, divisisque Phalangibus late perrumpendi viam præberent.

§. XXXIII.

Gallorum victoria.

Venetis igitur hinc inde dispersis cæsisque Gallorum equites, quibus necdum pugnandi copia obtigerat, hostium confusionem in rem suam vertebant, in eosque omni ex parte tanto furore irrumpebant,

pebant, ut Veneti ruptis eorum ordinibus summa, qua poterant, velocitate aufugerent, desideratis suorum quamplurimis, minor tamen erat equitum strages, utpote qui celeri fuga sibi consuluerunt; pedites vero ingenti clade affecti fuere & si Guicciardino fides, octo millia Italorum trucidata numerabantur, cunctaque eorum tormenta, ac sarcinæ victoribus in prædam cesserunt, Belliducum generosissimis qua captis, qua occisis. Gallorum in hoc prælio cæsorum numerus quingentos haud superabat, quos inter nullus ex prima Nobilitate occubuerat, quinimo nonnulli Scriptores hunc calculum ad ducentos duntaxat restringunt (*); nullumque Ducem genere conspicuum fuisse occisum affirmant. Denique Petilianus Comes fugæ sese dedit, Livianus vero lanceæ ictu oculo vulneratus, suoque equo excussus, in captivitatem abstractus est.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

Guicc. lib. 8.

Cardin. Contraren. de rep. lib. 5.

§. XXXIV.

(*) Hanc victoriam Gallis tam exiguo suorum dispendio stetit, ægre Lector a partium studio alienus sibi persuadebit, præcipue cum Heuterus lib. 7. cap. 7. & Gerardus de Roo lib. 12. p. 573. disertis verbis testentur, quod apud Gallos equitum jactura major fuerit quam apud Venetos, atque ad octodecim hominum millia utrinque desiderata, nonnulli prodiderint.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

§. XXXIV.

*Sacellum B. V. ob relatam victoriam
a Rege constructum.*

Hic demum fuit exitus percelebris hujus certaminis, quod Itali, atque Hispani prælium *Abduæ Glareæ*, Galli vero Agniadellanam pugnam appellitant, eo quod haud procul ad hujus nominis pago die decima quarta Maji Anno Salutis millesimo quingentesimo nono commissum esset. Reportata hac victoria Ludovicus XII. ex equo descendens, Deo exercituum grates debitas exsolvit, ac reliquo post tempore sacellum, cui *S. Mariæ V.* de victoria nomen indidit, in ipso certaminis loco ædificari jussit, idque monumentum Rege Christianissimo dignissimum hodie dum adhuc existat.

*Brant. elog.
Lud. XII.
Daniel hist.
Lud. XII.
tom. 5. p. 280.
Mezer. chro-
nol. abreg.
tam. 4. p. 164.*

Observat quoque Brantofomensis Abbas, quod Rex fugitivos usque ad Chabusinum fuerit persecutus, ibidemque animi recreandi gratia Venetias contemplatus, sex tormenta, quæ *colubrina* vocant, aptari, eaque quingenties, vel sexcenties, vacua tamen explodi jusserit, ex quo ingens adeo terror omnes Venetorum ditiones invasit, ac si Respublica nupera clade fracta, ferme omnibus, quæ possederat, bonis exuta esset.

§. XXXV.

§. XXXV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

*Omnes Mediolanensis Ducatus urbes
a Rege occupatæ.*

Vix decima septima effluxerat dies, cum Rex omnes, quæ a Mediolanensi Ducatu dependebant, urbes recuperasset, civibus ubique claves offerentibus, eisque clementiam exorantibus; quippe Cremenses, Cremonenses, Bergomenses, Brixienfes, ac Cravaggiani, quorum civitates ex foederis Cameracensis lege Regi Christianissimo debebantur, nequidem obsidionem expectabant, sed ultro portas Gallis aperiebant: Picelo quoque ad primæ provocationis terrorem deditio- nem fecit; Piscariam autem Galli post duodecimam diem expugnarunt, præsi- diariis omnibus ferro trucidatis, ut eam cædem vindicarent, quam nuper Trivii ab hoste acceperant.

*Seyffel hist.
Lud. XII.
Ciacon. in
Jul. II.
p. 224.*

§. XXXVI.

*Pontificii exercitus progressus in
Romandiola.*

Neque hic infensa Venetis fortuna ste- tit; quippe Pontificis exercitus vi- tricibus armis totam ferme Romandio- lam occupaverat; in eam quippe duo- decim armatorum millia induxerant Car- dinalis

*Marian. l. 29
n. 821
Guicc. lib 8.
Hist. de la
Ligue de
Cambray
l. 1. p. 132. t. 1*

Sæcul. XVI
A.C. 1509.

dinalis Papiensis, Ferrariæ Dux, & Franciscus Maria de Ruvere Julii II. Nepos, qui defuncto Godefrido Ubaldo Avunculo suo in Urbinatis Ducatu successerat. Hic copiis in aciem eductis urbes a Venetis captas aggressus, primo Solarolam Faventinæ ditionis urbem ex improvise invadebat, dein ipsam Faventiam occupabat, postea vero rapidi torrentis instar Ariminum, Ravennam, Cerviam, & nobilissimas Romandiolæ urbes cepit, eodemque ardore Venetos ab omnibus civitatibus, quas Ecclesiasticis ditionibus eripuerant, propulsavit, illasque denuo Sedi Apostolicæ conjunxit. Papa votorum suorum plene compos factus, recuperatis omnibus, quæ a longo tempore ab Ecclesia avulsæ erant, urbibus haud ampliora appetebat: Dux vero Ferrariensis, qui S. R. E. vexilliferi munere auctus, Papæ copiis imperabat, pro jure suo Peninsulam Rodigianam, quæ Athefi & Tanaro interjacet, a Venetis per plures annos possessam, sibi vendicavit.

Marian l. 29. Marchio quoque Mantuanus Asolam, & Lunatum cepit, quas urbes Veneti Joanni Francisco de Gonzaga Marchionis Proavo abstulerant. Denique Venetos a pluribus, quas in Tridentino tractu detinebant, urbibus ejusdem Dioecesis Episcopus depulit.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.*Omnes Apuliæ ditiones ab Hispanis recuperatæ.*

Interea Pro-Rex Neapolitanus, quamvis Marian. ib. n. 83.
 animo tardus, rebusque gerendis mi-
 nus idoneus, nihilominus exeunte Men- Pet. Justin. l. 10.
 se Majo copias, quas contraxerat, in A- Raynald. hoc ann. n. 16.
 puliam eduxit, ut urbes a Venetis viola-
 ta foederum fide detentas recuperaret.
 Ergo præprimis Tranium obsidet, quam
 urbem nonnullorum civium, quibuscum
 clandestina fovebat consilia, ope fretus,
 se brevi expugnaturum sperabat. Ve-
 rum Veneti sinistro hoc, eoque communi
 rerum suarum fato adeo concutiebantur,
 ut ipsimet ultronea cessione cunctos ho-
 stium suorum insultus præverterent;
 quippe continentis ditiones se tueri pos-
 se desperantes, regionem illam etsi opu-
 lentissimam, utpote omni ex parte Hispa-
 nis perviam relinquere statuerunt, dato
 singulis Ministris mandato, ut cunctis
 urbibus libertatem redderent, iisque re-
 mitterent fidei sacramentum in foro S.
 Marci præstitum; clam vero, disertisque
 verbis Respublica Brundusii Hydrunti,
 Tranii, Molæ, Puliniani, & Monopo-
 lis Gubernatoribus præcepit, ut Hispa-
 nis minime sese opponerent, sed hasce
 urbes eisdem traderent: ad tantas nimi-
 rum

Sæcul. XVI. rum angustias Venetorum res decreve-
A.C. 1509. rant, ut nonnisi sinus sui Insulas defen-
 dere amplius possent.

§. XXXVIII.

Maximiliani Imperatoris exercitus in Italia.

*Ciacon. in
 Jul. II.
 tom. 3. p. 224
 Raynald. ad
 an. 1509. n. 2.*

Denique etiam Imperator non nisi septem leucis ab Oeniponto distans ad Alpium fauces cum exercitu suo jam ineunte Mense Junio penetravit, Venetos ex Tirolis finibus aggressurus. Præerant ejus copiis Christophorus Francipanus & Brunsvicensis Dux, qui exigua militum manu in Histriam excurrentes, Tergestum citra pugnae discrimen occupant, omnesque Fori Julii urbes, quas in nupera contra Venetos expeditione Cæsar amiserat, recuperant. Nec tamen Respublica fatali malorum concursu animum despondit, sed comperto, quod Cæsar Esteranem adventasset, mox ad sedandum ejus animum legationem decrevit, quæ pacem ab illo exoraret conditionibus illius arbitrio penitus relictis. Pari submissione summum Pontificem, & Ferdinandum Arragoniæ Regem placare satagebant: ad Imperatorem porro ablegabant Antonium Justinianum, dato negotio, ut eidem subscriptis omnium Senatorum nominibus chartam vacuum offerret,

*Marian.
 l. 29. n. 83.*

ferret, cui Cæsar id, quod præplaceret, inscriberet, salva duntaxat miserorum civium vita, utpote qui ejusdem clementiam implorarent, rogarentque, ut in fidem suam reciperet urbem, quæ Cæsareæ suæ Majestatis pietati, atque magnanimitati salutem, libertatemque suam unice se debere, semper professura esset. Ceterum adeo insolita erat oratio, quæ a Veneto Oratore in hac occasione pronunciata fertur, necnon apud Guicciardinum legitur, ut eam huc referre operæ pretium ducamus, quamvis non desint Scriptores Veneti, qui eam in dubium vocant, ac Guicciardinum calumniæ, & falsitatis postulant, eamque ab hoc Auctore Italo ex proprio cerebro confictam, quam plurimis rationum momentis demonstrare conantur.

Sæcul. XVI.
A. C 1509.

Jo. Bapt.
Leoni.
Petr. Just.
l. II2.
Spond. hoc.
ann. num. 4.

§. XXXIX.

Justiniani Venetorum Oratoris ad Cæsarem oratio.

Igitur Justinianus adducto Scipionis Africani, Alexandri, Cæsaris, aliorumque exemplo, qui clementia, ac moderatione celebriores, quam armis evasere, Maximilianum quoque Imperatorem ad parem lenitatem flectere nitebatur, eumque, ut illorum vestigiis inhæreret, instanter rogabat, hanc in sententiam per-

Guicc. hist.
Ital. lib. 8.

Hist. Ecclesiast. Tom. XXXII. D orans,

Sæcul. XVI orans, Cæsar augustissime, minime inter po-
 A.C. 1509. stremas laudes id tibi adscribetur, si cum vi-
 ctoriam adversus Venetos in potestate tua
 habeas, quam humanæ res caducæ sint,
 memor, ea moderate uti noveris, magis ad
 pacis studia, quam ad dubios belli eventus
 propensus. Quanta enim rerum humana-
 rum constantia sit, quam incerti casus,
 quam dubius, varius, fallax, obnoxiusque
 periculis sit mortalium status, satis super-
 que docet Venetorum Respublica, quæ pau-
 lo ante florens, clara atque ita potens erat,
 ut ejus nomen & fama in extremis quo-
 que Orbis terræ terminis magno cum plau-
 su resonaret, hæc eadem nunc unico, eoque
 levi adverso prælio eversa, atque omnium
 rerum, ac præsertim consilii egens ita cor-
 ruit, ut omnis pristinæ virtutis imago
 consenuerit, omnisque armorum ardor de-
 ferbuerit. Sed falluntur Galii, si hæc pro-
 priæ virtuti tribuunt; antehac enim Veneti
 semper ex victis victores facti sunt; idem
 & nunc sperassent, nisi Majestatis tuæ tre-
 mendo nomine, copiarumque tuarum invicta
 virtute, nulla non modo vincendi sed ne
 obsistendi quidem nobis spes relicta fuisset.
 Quapropter Principis, Senatus, populique
 Veneti nomine, humili devotione supplices
 oramus, obtestamur, atque obsecramus, ut
 clementiæ oculis res nostras afflictas respice-
 re digneris, iisque salutarem medicinam af-
 ferre, omnes pacis leges, quas tu nobis im-
 posueris,

posueris, amplectemur: omnes justas, honestas, & ab æquitate, rationeque minime alienas ducemus. Ad te verum, & legitimum Principem omnia, quæcunque Majores nostri Sacro Imperio, & Austriæ Ducatui ademerunt, redeant; quibus ut decentius veniant, omnia quæcunque in continenti possidemus, adjungimus, quarum rerum jurebus quocunque modo partis cedimus. Præterea quotannis Majestati tuæ & legitimis Imperii Successoribus in perpetuum quingenta auri pondo tributum nomine pendemus. Defende nos, quæso, ab illorum, cum quibus paulo ante arma nostra conjunximus, insolentia, quos nunc sævissimos hostes experimur, qui nihil aliud expetunt, quam Veneti nominis interitum. Tua ista clementia conservati, Te Urbis nostræ Parentem, genitorem, conditoremque appellabimus. Cetera hujus sermonis non nisi amplas Cæsaris laudes, ac calamitosi, quo Respublica fluctuabat, status descriptionem complectebantur, ut Imperator ad protegendos Venetos eorum submissione flecteretur.

§. XL.

Cæsar ad Venetorum preces inexorabilis.

Verum orationi huic optatus non respondit eventus; quippe Imperator

Spond. ad hunc an. n. A.

D 2, prospe-

Sæcul. XVI
A. C. 1509

Bembo l. 8.
Ciacon. in
Jul. II.

prospera armorum fortuna, victoriisque præter spem reportatis paulo elatior, nec non humanarum rerum inconstantiae immemor, nihil hac super re cum Venetis pacisci voluit absque Galliarum Regis assensu.

§. XLI.

Venetorum postulata itidem a Pontifice rejeeta.

Bembo l. c.
Ciac. ib.

Nec summum Pontificem sibi magis propitium experiebantur Veneti; is enim jamjam Ravennæ arcem armis suis subjecerat, præsidariis jure belli captis. Re intellecta, Grimanus & Cornerus Cardinales, nomine suæ patriæ Pontificem adeunt, rogantque, ut recuperatis, quæ antea ad ditiones Ecclesiasticas pertinebant, urbibus censuras in Rempublicam fulminatas tolleret; verum Pontifex Oratores in conspectum suum, nec venire, nec eos alloqui sustinebat, sed a Venetis etiam reditus, quos a possessis ditionibus percepissent, repetebat, ac jurisdictionis Ecclesiasticæ temere violatæ injuriam reparari postulabat. Hoc Pontificis petito Senatus tantopere concitabatur, ut liberrime Papam convitiis appeteret, illumque nonnisi generis humani hostem, & Patris communis nomine prorsus

prorsus indignum criminaretur (*) Sæcul. XVI.
 quin imo non deerant nonnulli, qui ad A. C. 1509.
 Turcarum Imperatorem Legatos pro ob-
 tinendo auxilio mittere suaderent, sanio-
 res tamen ex Senatoribus primos hosce
 iracundiæ impetus reprimebant, atque
 ad media præfenti rerum conditioni ma-
 gis congrua animum adjiciebant.

§. XLII.

Pontifex exoratus.

Ergo Venetorum Dux datis ad Papam *Guicc. lib. 8.*
 literis humanitate plenissimis eidem *Raynald. hoc*
 ad omne satisfactionis genus sine ulla *ann. n. 14.*
 exceptione se offert, dummodo sex Ora- *et 15.*
 tores illos, quos Respublica pro revocan-
 dis censuris Romam ablegaverat, bene-
 vole audiret, atque ad sacra pedum of-
 cula admitteret. Julius hisce precibus
 commotus, omnem indignationis sensum
 deposuit, atque ad Ducem literas dedit
 paternæ clementiæ testes, nec hic stetit
 Ponti-

(*) *Palatius in Jul. II. n. 10. hæc addit:*
 Severitatem Pontificis magnopere juvabant
 Gallorum Legati, qui Julium urgebant, ne
 Venetis reconciliaretur, dicentes non aliter
 Pontificem reliquos moderaturum Principes,
 quam si frænum Reipublicæ injiceret, & vin-
 cula.

Sæcul. XVI
A.C. 1509.

Pontificis pietas, sed etiam sollicitationibus insuperhabitis Foederatorum Principum, qui Cameracense foedus violari eisdem exprobrabant, in pleno Patrum Senatu Reipublicæ Oratores admittendos esse, proponebat; idem quoque suadentibus Purpuratis, quorum consilium Papa, utpote suo proposito consonum, lubens sequebatur.

§. XLIII.

Veneti Ludovici XII. cunctatione animati.

Petrus de Angleria ep. 409.

Hæc Pontificis clementia non parum erigebat Venetorum animos, quos tamen longe magis adhuc firmabat Ludovici XII. indulgentia; quamvis enim ipse nullo ferme negotio urbes, quæ partitione facta Cæsari obtigerant, sibi vendicare potuisset, dummodo fidem dedisset, se illas Cæsari, quandocunque ei bene visum esset, redditurum, aliunde etiam Vicentini, Patavini, ac Veronenses urbium suarum claves, Regi jamjam obtulissent, nihilominus ille civitatibus, quas in Ducatu Mediolanensi occupaverat, contentus, ceteras Maximiliani Legatis, qui eas deditioe acceperant, reliquit, haud ultra progredi volens, donec Imperator Italiam ingrederetur.

§. XLIV.

§. XLIV.

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.*Tarvisani Cæsari obliuantes.**Guicci. l. cit.*

Soli inter ceteros Tarvisani sese Imperatori opponerant, nec se dedere volebant Dreſſinæ Vicentino, quem Cæſar ſine milite eo ablegauerat, ſpe fretus, ſola Oratoris ſui præſentia Tarviſanos in fidem ſuam redituros, cum vero cives Venetorum fortunam ſequi mallent, mox Caſolajo duce ſexcenti pedites vociferantes: *Vivat Sanctus Marcus!* urbem ingrediebantur, indeque Dreſſinam propulſabant. Ex hoc temporis articulo Reſpublica quamdam ſui imperii partem recuperandi ſpem concepit, ac continētis urbes præcipiti nimis conſilio traditas doluit. Novos quoque animos reſumebat ex Maximiliani cunctatione, ac ſummi Pontificis clementia, eo enim ſuorum precibus devicto ſeſe colligendi ſpaciū nanciſcebatur: Interea vero Cæſar Oeniponti hærebat, quamvis quadrageſimo die necdum evoluto, qui terminus erat ipſi in Cameracenſi Conventu præfixus, ſe copias ſuas in aciem educturum ſolemniter promiſiſſet, atque ad belli ſumptus plusquam neceſſarias accepiſſet pecunias; tandem non niſi ſummis Papæ precibus permotus, Tridentum petiit, ubi adhucdum morabatur,

Sæcul. XVI. tur, dum Veneti continentis ditionibus
A.C. 1509. excefferant.

§. XLV.

*Imperator a Cardinale de Ambasia ad
 colloquium cum Ludovico XII.
 invitatus.*

Maximilianum Tridenti, ubi tum age-
 bat, Cardinalis de Ambasia nomine
 Ludovici XII. adiit, ut eum ad congres-
 sum invitaret. Nominabatur colloqui-
 locus, urbs Garda, in finibus Tridentinæ
 vallis, ac Mediolanensis tractus sita. E-
 nimvero Galliarum Rex bello adversus
 Venetos feliciter confecto, Mediolanum
 contendit: Cæsar vero datæ fidei haud
 stetit, Forojuliensem obsidionem caussa-
 tus, ubi præsentia sua oppido necessaria
 foret, diutius tamen Tridenti substitit (*)
 in eademque urbe Ludovico Regi di-
 ploma de Mediolanensi Ducatu concessit,
 hujusque inaugurationis literas, perinde
 acsi ex Cameracensis foederis pacto ad
 id obstrictus esset, die decima quarta Ju-
 ni

(*) Cum Garda Tridentinæ & Mediolanensi
 urbibus interjaceat, haud perspicimus, qua
 ratione Continuator Maximilianum de viola-
 ta fide accuset, eoquod Tridenti moratus fue-
 rit, cum & ipse Galliarum Rex Mediolani sub-
 stiterit, & nequaquam Gardam venerit.

nii hoc anno; confici jussit. In hoc di-
 plomate rursus Christianissimi Regis jura
 repetiit a Valentina Vice-Comitissa ejus
 Avia ac Joannis Galeatii Filia, & Sponsa
 Ludovici Aurelianensis, qui Caroli V.
 Galliarum Regis Filius erat, eoquod nu-
 ptiali pacto Joannis Galeatii Vice-Co-
 mitis Patris sui tam ipsa quam ejus li-
 beri, Joanne Galeatio absque prole ma-
 scula decedente, Mediolanensis ditionis
 hæredes scriberentur; quæ tamen pacta,
 ut verum fateamur, a Wenceslao tum
 Imperatore utpote a mente alieno rata
 minime habebantur, approbata tamen, ac
 firmata fuere Avenione a Clemente VII.
 summo Pontifice, eoquod paciscentium
 patria tunc ejusdem obedientiæ addicta
 esset.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1509.

Coriolib. 3.
 Recherche
 des droits de
 la Couronne
 p. 373.

§. XLVI.

Patavium a Venetis occupatum.

Ab illo temporis articulo Venetorum
 res ferme penitus collapsæ denuo re-
 staurari cæperant, cum enim Tarvi-
 sium, ubi S. Marci vexillum erectum fue-
 rat, servassent, Maximiliani cunctatio-
 nem in rem suam sollicitè vertebant, si-
 mulque Patavium recuperare moliebantur:
 nec eorum conatibus deerat tem-
 poris opportunitas; comperto enim, quod
 Patavini tyrannicam Germanorum do-

Mocenigo
 bell. Came-
 rac. lib 2.
 Guicc. l. 8.
 Justin. l. 10.
 Marian. l. 29
 n. 85.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

minationem pertæsi ad excutiendum eorum jugum, atque ad subeundum pristinum imperium valde propensæ essent, mox Andreas Gritus mille Cataphractos, ac quasdam peditum legiones clam urbi admovit, cumque populus conversis in Germanos armis eorum quamplurimos misere trucidasset, reliquos autem præcipiti fuga in arcem sese recipere compulisset, facile Andreas hujus tumultus occasione decima octava Junii, seu quadragesima secunda die, postquam Imperator urbem occupaverat, eandem suæ potestati subjecit. Hæc victoria tam ingenti lætitia Venetiis accepta est, ut illius memoriam quotannis solemniter recolendam decernerent, quam solemnitatem Veneti hodiedum magnifica prorsus pompa peragunt, ac libertatis suæ recuperationem, necnon Reipublicæ reftaurationem celebrant.

§. XLVII.

Aliæ Venetorum victoriæ.

Marian. l. 29
n. 85. **R**ecuperata Patavina urbe, universum illius territorium in fidem Venetorum rediit, qui faustis hisce fortunæ auspiciis opportune usi, Assulam quoque dolo ceperant, quingentis ex Hispanorum præsidio interemptis. Pari quoque furore trucidabant ducentos alios, qui in Castro-

Castro - Francorum stationem agebant, capto etiam Alvardo eorum Præfecto. Præterea Senatus, ut Reipublicæ subditos arctius sibi constringeret, edictum promulgabat, quo populis damna hucusque perpeffa cunctaque toto belli cursu sufferenda reparare pollicebatur. Cum vero promissorum amplitudini fidei constantia minime deesset, Respublica ex libertate sua sat ampla reportavit commoda; quippe pristini ejus subditi hac spe animati nil intentatum relinquebant, ut se, suaque Senatorum obsequio devoverent, unde horum auxilio Veneti plurimum aucti, etiam Leoniacensem urbem situ & opere longe munitissimam inopina irruptione ceperunt, moxque sibi aditum ad Athesim Fluvium atque exinde ad ampliores spes januam aperuerunt.

Sscal. XVI.
A. C. 1509.

§. XLVIII.

*Ludovicus XII. in Franciam
redux.*

Quamvis adeo prospera Venetorum rebus fortuna adspirasset, nihilominus Ludovicus Rex in regnum suum, cum illud ejus præsentiam tunc exigere, reverti constituit: Italix tamen curam cuidam Præfecto reliquit, cui etiam ad tuendas Mediolani ditones septingentos lancearios addidit, dato negotio, ut
Cæsaris

Seysfel hist.
Ludov. XII.
Guicc. lib. 8.

Sæcul. XVI. A.C. 1509. Cæsaris mandatis ex asse morem gereret, ac publicæ rei commoda pro viribus promoveret. Hic demandata sibi provincia haud impigreungebatur: sub idem vero tempus Veronenses, ac Vicentini pristini sui Principis imperium anhellabant, ac Patavinorum exemplo excitati clam seditionem moliebantur, Cæsareos ex urbe depulsuri. Verum Palliæus rem edoctus, cuncta eorum consilia disjecit, & quamvis Veneti jamjam copias suas in aciem eduxissent, spe concepta, se utramque urbem occupaturos; Gallis tamen adventantibus ad Patavina moenia sese recipere compellebantur; unde ambæ civitates aliquamdiu Cæsaris dominationi assertæ manebant; interea vero Maximilianus, qui tum ad Alpium fauces Marosticæ agebat, veritus, ne hostes primis victoriæ auspiciis animati, viam ei præcludere, reditumque in Germaniam prohibere tentarent, ad castrum Scalæ ad fines Tyrolis, quæ Austriacæ Domui parebat, celeri fuga sese recepit.

§. XLIX.

Patavium a Cæsare obsessum.

Marian. ib. *v. 86.* Eodem tempore Imperator novis militum subsidiis auctus, facile triginta armatorum millium exercitum numerabat,

bat, non computatis mille trecentis lanceariis, quos Galliarum Rex eidem suppeditabat, præter trecentos alios a summo Pontifice missos, quibus accesserant mille Hispani. Igitur hisce copiis instructus iter in Italiam aggreditur, ac die tertia Septembris Patavium veniens, obsidionem parat, cujus denuo eventus Reipublicæ sortem dirimeret. Petilianus Comes, ceterique Veneti exercitus Duces comperto Cæsareorum adventu atque consilio, cum omnibus copiis suis urbem ingrediuntur, adjunctis omnibus, quotquot de robore exercitus colligere poterant; unde præsidiariorum numerus ferme viginti quinque armatorum millia adæquabat, haud numeratis plurimis opificibus ad erigenda munimenta aptissimis; advehebatur quoque ingens annonæ vis, ac bellici apparatus copia; accurrebant certatim gloriæ studio accensi Nobiles adolescentes ferme trecenti, quibus ipsimet Lauredani Ducis Filii præerant. His omnibus Patavium ingressis, paulo post Imperator tertio ab urbe lapide castra posuit, ubi incassum Brentiam flumen avertere conatus, propius urbi copias admovit, quam cum exercitu suo haud adeo numerofo (*) circum

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

Raynald. ad
ann. 1509.

n. 19.

Petr. Justin.
lib. 10. § II.

(*) Paulo ante dicebatur, Maximiliani exercitum

Sæcul. XVI. circum circa cingere haud posset, nonnisi
A.C. 1509. tractum, qui a porta S. Crucis usque ad
 inferiorem Brentiam excurrit, occupa-
 vit, atque advectis ex Germania belli tor-
 mentis aggeres erexit ea ex parte, quæ
 præ ceteris magis munita apparebat,
 nempe e regione operis, quod versus
 portam S. Crucis exurgebat; unde ag-
 gressioni initium dare oportebat ex parte
 propugnaculi, quod portam, quæ Vene-
 tias respicit, tuebatur.

§. L.

Pertinax obsessorum defensio.

Præsidarii exercitus robur constabat
 duobus millibus Epirotarum seu Al-
 banensium equitum, qui in urbem im-
 missi, nonnisi raptò vivere assueti, singu-
 lis diebus excursions in Cæsareos fe-
 cerunt, atque eos continuis velitationi-
 bus infestarunt; invadebant illorum sta-
 tiones, ac sublato comœatu diripie-
 bant & sarcinas, prædaque onusti ex ca-
 ptivis etiam quibusdam non raro secum
 abstractis redibant, dato nequidem ho-
 stibus

*exercitum numerasse triginta duo millia, ac sex-
 centos milites; hæc qualiter conciliari valeant
 cum paucitate suorum, haud capimus; ceterum
 Patavinæ urbis ambitus facile minori adhuc
 exercitus parte cingi potuisset.*

stibus sese colligendi spatio: Cum vero Sæcul. XVI.
A. C. 1509.
propugnaculum crebris tormentorum i-
ctibus ferme eversum patentibus ruinis
aditum undique præberet, ea ex parte
Imperator cum toto exercitu irruptionem
tentari jussit, majori pugnantium forti-
tudine, quam feliciori pugnae auspicio,
quippe Hispani capto propugnaculo jam
quidem victricia erigebant vexilla, obsessi
tamen quamprimum hostem propugna-
culo insistere conspexerant, cuniculis,
quos provide pyrio pulvere antea imple-
verant, subjecto igne Hispanos ferali im-
petu in aerem excusserunt, quo pacto
quam plurimi perierunt, qui sub magno
Consalvo rei militaris scientiam hause-
rant, ac ceteros totius Italiae milites for-
titudine sua facile superabant.

§. LI.

*Cæsar obsidionem solvere com-
pulsus.*

Infaustus hic eventus tantopere Cæsa-
reos turbavit, ut animum desponden-
tes nonnisi honestum obsidionis solvendæ
prætextum quærerent, sub cujus specie
salvo Nationis honore sese recipere pos-
sent; quod & factum decimo sexto,
ex quo obsidio cæpta est, die: Igitur
Cæsar primo Vicentiam, inde Veronam
conten-

Sæcul. XVI
A.C. 1509

contendit, ubi sinistram belli sortem nunc in Papam, nunc in Galliarum, jam in Arragoniæ Reges conjiciebat, eo quod eum pro viribus non adjuvissent, ceterum Veronæ haud diutius moratus est, quam Calvimontio Marefcallo familiariter colloqui, ac Ferrariæ Duci investituram Estensis status, a quo nomen ducebat, concedere poterat.

Evenit tamen Patavinæ obsidionis tempore casus oppido singularis ac memoratu dignus. Habebat nominatissimus ille Bajardus in sua legione annorum nonnisi sexdecim juvenem nomine Buterium, qui postmodum a Francisco Galliarum Rege Trans-Montium Præfectura auctus fuit. Hic ætatem fortitudine superans cum quodam Albanensi, qui in exercitu hostili levioris equitatus centurio erat, ingenti corporis statura prædito singulare certamen inierat, eumque etiam captivum duxerat, cum igitur novus hic David Goliathum illum Imperatori sisteret, is rei novitate attonitus ad Albanensem conversus „ Miror, „ inquiebat, quod tu, Colossus cum sis, „ a puero qui quarto abhinc anno mentum vix lanugine tectum habebat „ te comprehendi passus sis. „ Albanensis, cui magis convitii acerbitas, quam animi ignavia ruborem exprefferat, respondit Cæsari, „ hostium numero cessi „ a qua-

„ a quatuor omnino equitibus cinctus „ Sæcul. XVI.
 Bajardus opportune tunc præsens Bute- A.C. 1509.
 rium allocutus aiebat, „ audis ea, quæ
 „ Albanensis profert: sunt ea relationi tuæ
 „ profus contraria, tuum itaque honorem
 „ vindica „, quapropter non cunctatus
 adolescens, ac sese elevans, audacter ad
 Albanensem „ Mentiris ait, atque ut te
 „ a me solo captum fuisse constet, denno
 „ nostros conscendam equos, & ego
 „ vel occidam te, vel ut vitæ gratiam a
 „ me petas, rursus te compellam. „
 Verum Albanensis secundi certaminis
 discrimen subire amplius noluit.

§. LII.

Vicentia a Venetis recuperata.

Vix Cæsar Patavinam obsidionem sol- Guicci. l. 8.
 verat, cum Veneti jam vincendi spe
 erecti animos resumunt, ac Vicentini ce-
 terorum primi sumptis armis, copiisque
 ex Patavino præsidio eductis, Casparum
 Sanseverinatem, qui nomine Imperatoris
 cum tribus Germanorum millibus urbem
 defendebat, adoriuntur, illisque tam a-
 criter instant, ut non sine probro deditio-
 nem facere compellerentur. Pari quo-
 que fortuna Veneti Veronam recuperas-
 sent, nisi obstitissent Galli; unde Vene-
 torum copiæ versus Histriam ac Foro-
 Julium sese recipere decreverant, ubi plu-
Hist. Eccles. Tom. XXXII, E res

Sæcul. XVI res urbes denuo suæ potestati subjece-
A.C. 1509. runt: Idcirco fortuna audaciam acuen-
 te Ferrariam obsidere statuerunt, in hu-
 jus urbis Ducem concitati, eoquod & i-
 pse Cameracensi foederi subscripsisset, ac
 Estensis status investituram a Cæsare
 accepisset.

§. LIII.

*Veneti Ferrariæ obsidionem solvere
 coacti.*

Bembo lib 8. Igitur Veneti Monte Selicis, Vicentia,
Guicc. lib 8. Montaniana, pluribusque aliis urbibus
Marian. l. 29 occupatis ac proin expedito ad Ferrariæ
n. 87. ditionem aditu sibi patefacto classem in-
 struxerunt septendecim triremibus, ac
 quam plurimis aliis navibus validam,
 quam adverso flumine secus Padum us-
 que ad lacum obscurum deduxerunt, i-
 bique copiis suis in terram expositis Fer-
 rariam contendentes in itinere Ferrarien-
 sis Ducis arcem, quæ ad capeffendam
 animi relaxationem condita erat, incen-
 derunt; quo facto terrestres copię Pole-
 fini oppida Venetis a Duce erepta, ne-
 mine obsistente recuperarunt, atque ea-
 dem sors ipsi Ferrariensi urbi certius im-
 pendisset, nisi Calvimontius Marefcallus,
 Ductore Casparo Colinio Castellionis To-
 parcha quadringentos, & summus Pon-
 tificex ducentos Lancearios in tempore
 submisissent.

His

His suppetiis aucti Ferrariensis Dux, Sæcul. XVI.
 necnon Cardinalis Estensis ejusdem fra- A.C. 1509.
 ter Metropoli suæ secure admodum pro-
 spexerunt, primasque eo curas intende-
 runt, ut hostium classem dissiparent.
 Igitur Dux in tormentis dirigendis appri-
 me versatus, ac præterea armamenta-
 rio, quo nobiliss in tota Europa haud
 reperire erat, instructus, ad dexteram Pa-
 di ripam, ad quam scilicet globus emis-
 sus pertingere posset, adversus classem
 Venetam tormenta locat, eaque die vi-
 gesima prima Decembris tanto impetu
 exonerat, ut plurimæ naves undis hau-
 stæ, aliæ aut igne absumptæ aut dilace-
 ratæ, aliæ demum captæ fuerint. Ipse
 Trivisanus, qui classi imperabat, navi
 prætoria capta, nonnisi parva quadam
 cymba sibi fuga consulere compelleba-
 tur, militum tamen quamplurimi natan-
 do in adverso Padi littore primam victo-
 rum rabiem effugerunt, nonnulli tamen
 eorum a Veneto equitatu, qui accur-
 rerat, alii vero a Ferrariensi præsidio ca-
 pti, complures a rusticis fustibus
 trucidati fuerunt. Denique ex se-
 ptemdecim illis Venetorum triremibus
 quindecim qua incendio consumptæ, qua
 undis absorptæ interierunt, copias vero
 cum ingenti ignominia obsidionem sol-
 vere coactæ sunt; Veneti tamen, ut Vi-
 centiam, atque Patavium conservarent,

Marian. lib.
 29. n. 87.

Sæcul. XVI. A.C. 1509. ambas hasce Provincias nuperrime recuperatas longa vallorum serie, quæ minoribus etiam vallis munierant, tueri ac præaltis fossis contra vim hostium, qui Veronam occupaverant, cingere iusserunt.

§. LIV.

Marchio Mantuanus a Venetis captus.

Marian. l. c. Ceterum cladis hujus dolorem haud parum temperabat inopinæ felicitatis nuncius; Franciscus enim Gonzaga Mantuæ Marchio, cum Veronæ cum Equitum turma Palissæo sese jungere pararet, a Venetis capiebatur; quippe nonnulli eorum, quos Andreas Gritus ducebat, uno impetu in præsidiarios ejus irruebant, cunctosque in captivitatem abstrahabant. Equidem fortuna Marchioni favebat; fuga enim dilapsus, atque inter segetes delitescens, insequentium solertiam aliquamdiu eludebat, jamque defervescebant inquirentium studia, cum ecce! cujusdam rustici, quem viæ ducem selegerat, perfidia proditus comprehenditur, ac veluti opimum victoriæ spoliū Venetias abducitur. Inde Veneti in immodicam effundebantur lætitiā, spe concepta, se hujus captivitate Liviāni libertatem redempturos, qui in Agniadellano prælio captus a Gallis detinebatur.

batur. Hic enim tantam sibi apud Venetos fortitudinis, ac bellicæ artis laudem famamque conciliaverat, ut tanti Belliducis salutem Marchionis dispendio longe pluris haberent.

secul. XVI.
A.C.1509.

§. LV.

Fœdus, Papiensis Cardinalis ministerio, Papam inter & Galliarum Regem sancitum.

Interea summus Pontifex magis magisque Venetis favere cæperat, ac de eorum relictis foederatorum partibus, præcipue vero Regis Galliæ, cui alias minus propensus erat, Reipublicæ commodis, utilitatique serviebat, huncque in finem ad Ludovicum ablegabat Cardinalem Papiensem, cujus opera cum Rege ex Francia reduce novum foedus initum est, quo (*) cautum erat, ut ambo ad tuendas cujusque ditiones mutua suppeditarent auxilia, ac cuilibet liberum esset

Guicc. l. 8.
Raynald. hæc
ann. n. 21.

(*) Raynaldus loc. cit. testatur inter alia sancitum fuisse, Galliarum Regem nullum Principem, nullumve populum Romanæ Ecclesiæ clientem in fidem recepturum. Illud vero pactum Regem violasse, eoquod Ferraviensis patrocinium adversus Papam suscepisset, ex quo tot bella ac schismatis exordia pullulassent.

sese opponere, ac præprimis cum Sæcul. XVI.
 olim Romanam Sedem ardentius ambi- A. C. 1509.
 ret, non modo ejus electioni obstabant,
 sed etiam insuperhabitis, quas cum il-
 lis iniisset, pactis tam post Alexandri VI.
 quam Pii III. obitum, Cardinalem de Am-
 basia, Julio neglecto, ad cathedram S.
 Petri evehere adlaborabant: Unde Lu-
 dovicus Pontificis indignatione præven-
 tus, adversus eundem pari flagrabat in-
 vidia, quam plus æquo manifestabat;
 quin etiam nonnunquam tantopere a de-
 bito deficiebat officio, ut Papam *ebrium*
 convitari non erubesceret, quam calu-
 mnam haud immerito summus Pontifex
 ægerrime ferebat; fervente igitur mutua
 hac diffensione haud mirum, quod ex le-
 vissima etiam causa nova contentionum
 semina succreverint; idque satis aperte
 demonstrat articulus, cujus nuper me-
 minimus; quippe summus Pontifex, cum
 ei beneficia in Curia Romana vacan-
 tia conferendi consuetudo continuo Præ-
 decessorum suorum usa firmata suffraga-
 retur, in Provincia Episcopatum, cujus
 titularis in Curia Romana decedebat, ex
 plenitudine auctoritatis conferebat; id
 vero nuperi pacti violationem esse
 Rex contendebat; cum autem a-
 pud Romanam curiam, quæ moro-
 sius offensis satisfacere solet, jus suum
 prosequi nimis toediosum fore censeret,

Secl. XV.
A.C. 1509

ut promptiori via jus sibi met ipsi diceret, cunctos redditus beneficiorum, quæ a Prælatiſ Curia Romanæ in Mediolanensi ditione possidebantur, auferri præcepit. Julius indignitate facti graviter in Regem concitatus, Albiensi Episcopo, qui Romam Pontificis fide munitus venerat, purpuram concedere recusavit: id vero non nisi infirmum erat vindictæ genus, quapropter Ludovicus hac super re Pontifici haud amplius molestus esse voluit, persuasus, si cæptis firmiter insisteret, certo, si non animum, saltem consilium a Papa mutatum iri: nec sua Regem fefellit opinio; quippe summus Pontifex Regi, cujus major longe erat pertinacia, ultro cessit, ac Provinciæ Episcopatum Præfuli, quem Rex nominaverat, contulit, id quoque se imposterum facturum spondit. Præterea etiam cum Rex Mediolanensibus Ecclesiasticos suorum beneficiorum redditus restitueret, Albiensem Episcopum Cardinalium galero decoravit.

§. LVII.

Lis de Castella Cæsarem inter & Arragoniæ Regem.

*Marian. lib.
29. num. 20.
Guicc. l. c.*

Opportune Venetorum rebus acciderant suscitata Papam inter & Regem dissidia, quæ ipsi in rem suam vertentes

tentes in Julii gratiam redire mollebantur. Sub idem quoque tempus ob Castellæ administrationem inter Maximilianum, & Ferdinandum Arragoniæ Regem ingens orta est contentio, qua de novo Respublica probe in suum commodum utebatur. Jam dudum varia ambos hosce Principes conciliandi quærebantur media; verum id gravioris moliminis negotium erat; quippe quivis eorum solus sibi regni hujus administrationem vendicare conabatur. Promiserat equidem Ferdinandus, quod Carolo Archiduci Nepoti suo, quamprimum vigesimum ætatis annum attigisset, ac Joanna Regina fati concessisset, regimen esset redditurus; id enim Isabella Regina testamento caverat, necnon Regni jura expetebant; ast quamdiu Joanna ejus filia superstes esset, Rex regni procuracionem sibi relinquendam contendebat, affirmans, patrio jure, omniumque legum præscripto illius tutelam sibi deberi, nec Isabellæ Reginae testamentum ullatenus hujus juris firmitatem infringere: Unde testamenti tabulis, quatenus suis commodis servirent, stare, ac clausulas suo proposito adversas pro libitu mutare decreverat.

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

citus esset, integra fide eadem Regna ad-
ministraturum, donec Carolus Archidux
ejus Nepos pupillarem ætatem egressus
esset. Hæ conditiones, si Marianæ fi-
des, jam inter partes conclusæ fuerant,
priusquam Galliarum Regi, ac Cardinali
proponerentur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

§. LIX.

*Oramum a Cardinale Ximenio suis
sumptibus expugnatum.*

Dum interea Arragoniæ Rex totus in
eo erat, ut suam in Castellæ Regno
auctoritatem firmaret, Ximenius vulgo
dictus Cardinalis Hispanus, Regis Catho-
lici ditiones apud Mauros ampliare stu-
duit, eique labente hoc anno subjecit
Oranum, quæ percelebris Algeriani re-
gni urbs est ad Tremesanam oram sita.
Cum enim Hieronymus Vianellus natio-
ne Venetus delineationes omnium mari-
timarum Africæ civitatum a se adorna-
tas Ximenio exhibuisset, inter ceteras
Cardinali præplacuit Orani descriptio,
quam ob causam, ut Ferdinandum ad
urbis hujus expugnationem induceret,
nullum non movebat lapidem: Verum
Rex bello adversus Venetos implicitus,
novam expeditionem suscipere renuit, di-
laudato tamen Cardinalis consilio, atque
ejus executione ad opportunius tempus
protra-

Gomez. in
vit Xim. l. 4.
Marian. lib.
29. n. 79.
Ciacon. in
Jul. II. to. 3.
p. 280.
Raynald. l. c.
num. 23.

Secul. XVI. A.C. 1509 protracta. Nec tamen propterea Cardinalis animum despondit, cumque ex Archiepiscopali Toletana Ecclesia, aliisque, quibus auctus erat, aulæ dignitatibus ingentes redditus perciperet, propriis sumptibus urbis hujus expugnationem promovere statuit, dummodo suis conatibus Regis quoque consensus accederet. Igitur ad illum hac super re literas dedit, felici prorsus successu; quippe Ferdinandus diu quidem hæsitans, atque cunctatus, tandem Ximenii votis cessit, ea tamen lege, ut si cæptis optatus abluderet eventus, omnibus, quas fecisset, expensis frustraretur, ablata tam a Rege quam ab ejus successoribus vel minimum repetendi spe.

§. LX.

Orani expugnatio Petro Navarro Belliduci demandata.

Acceptit haud ægre Ximenius conditionem, atque aliam vicissim Regi proposuit petitionem, quam itidem impetravit. Postulabat nimirum, ut si cæptis faveret fortuna, Oranum Sedi Toletanæ tamdiu beneficiario jure obstrictum permaneret, usquedum ea, quæ pro urbis expugnatione fuissent impensa, vel ipsi vel ejus Ecclesiæ compensata essent. Rege annuente Ximenius ipse Africam petere,

petere, suumque exercitum, quem instruxerat, ducere constituit, simulque a Ferdinando Consalvum hujus expeditionis Præfectum expetiit; verum a Ferdinando repulsam passus copiis quidem Petrum Navarrum præfecit, sibi metipsi tamen supremam earum auctoritatem reservavit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

Marian lib.
29. n. 76.
Rayna. d. l. c.
num. 24.

§. LXI.

Exercitus ac Cardinalis Ximenii discessus.

Bellicus hujus expeditionis apparatus totam hyemem perduravit, donec tandem Anno millesimo quingentesimo nono exeunte Mense Februario Ximenius classem, quæ exercitum in Africam deferret, Malacam deduxisset, ac Carthaginem contendisset, ubi præstituta die omnes copię convenirent. Rei novitas omnium animos admiratione perculit, dum Franciscanum, quorum institutum profitebatur Ximenius, lorica indutum (*) validi exercitus Præfecturam gerere

Gomez. in
vita Xim l. 4
Raynald. l. c.
n. 23.

(*) Ita Continuator; cum tamen Gomezius, quem allegat, disertis verbis dicat: Ximenium novitate & insolentia spectaculi Ducum animos & militum perculisse, illos autem non miratos fuisse, Imperatorem suum splendenti clypeo,

Secul. XVI
A. C. 1509.

gerere videbant, cum interea Consalvus magnus ille Bellidux veluti neglectus, omni officio, ac munere destitutus, non nisi Ecclesias, ac monasteria percurreret. Ceterum tam Petrus Navarrus, quam Vianellus, ceterique omnes belli Præfetti ad Cardinalem se contulerant, adductis etiam cunctis copiis, quæ variis ex locis paucos intra dies confluebant, iisque omnibus recensitis, totus exercitus castra metabatur, ac nonnisi classem, quam conscenderet, expectabat. Numerabantur

clypeo, aut casside formidabilem, sed Pontificalibus vestibus indutum, sacerdotibus, & viris religiosis stipatum, & cruce argentea pro vexillo præeunte . . . illud vero Fr. Ferdinandus (*non Ximinius*) quo ex Franciscanis Ximinius familiariter utebatur, gerebat, gladio Hispano supra habitum Franciscanum accinctus, quemadmodum & ceteri Religiosi Viri, qui eo die, jubente Ximenio, armis se munierant. *Ceterum, ni fallor, non minor erat admiratio Hispanorum Ximinium adversus Infideles gladio ac scuto indutum conspicientium, quam Gallorum, dum Cardinalem Sanseverinatem Pisani Conciliabuli Legatum adversus legitimum Pontificem a capite ad pedes splendidissimis armis tectum viderant. Consule Spondanum in Annalibus ad annum 1512. num. 5.*

rabantur octoginta naves onerariæ, decem maximæ triremes, armis, tantaque com-
 Sæcul. XVI. A.C. 1509.
 meatus, ac bellici apparatus copia instructæ, ut Orano capto nequidem media illius pars consumpta esset. At ecce! classe jamjam adventante exercitus, priusquam naves conscenderet, stipendia numerari postulans seditionem movet, cujus flamma unico ferme momento ad omnes copiarum ordines diffundebatur, illiusque auctor credebatur ipse Petrus Navarrus, qui ceteroquin nulla generis nobilitate, nec liberali educatione clarus nonnisi adspirante fortuna inter Belliduces cooptatus erat, ac insuper asperioris indolis Vir, rudis, violentus, acer, flecti ac dissimulare nescius audiebat. Nihilominus Cardinalis Ximinius dexteritate ac moderatione insignis brevi tumultum sopivit, ac nonnullis Belliducibus ad placandos milites operam navantibus, ipse Navarrus Sacramentum Cardinali jam antea præstitum innovavit, pollicitus, se eidem debita subjectione adhæsurum, cunctaque ejus imperia integra fide executurum.

§. LXII.

Exscensio Cardinalis cum exercitu ad Mersalcabirinum portum.

His ita prospere dispositis, Ximinius *Marian.lib.*
 magnam Hispaniæ triremem, quæ ^{22. n.77.}
 classis

Sæcul. XVI. classis hujus prætoria erat, conscendit,
A.C. 1509. totusque exercitus, motis anchoris, e
Gomez. l. c. Carthaginensi portu solvit, ac decima
l. 4. sexta Maji, quæ erat feria quarta, in al-
 tum procurrit. Postera die, in quam
 festum Ascensionis Domini inciderat, de-
 tectis Africæ oris, classis Mersalcabiri-
 num portum ingreditur, secundissimis u-
 sa ventis, tandemque noctis beneficio to-
 tus exercitus instructissimo ordine sum-
 maque celeritate in terram exponitur,
 die vero illucescente occupata, quæ pla-
 na omnino erat, tellure acies explicaba-
 tur. Cunctis rebus hoc pacto instructis
 Ximenius de triremi sua egressus, necnon
 Pontificio habitu ornatus equum con-
 scendit, præcedente Monacho Ordinis
 S. Francisci, qui Archiepiscopalem Cru-
 cem præferebat. Sequebantur Viri Ec-
 clesiastici, ac Religiosi, qui omnes sub
 veste sua gladios e latere pedentes ge-
 stabant, quod sane spectaculum (*) om-
 nibus risum excusserat, nihil remorante
 quæ par erat, reverentia ac timore, quem
 Ximenii præsentia militibus ingerebat.
 Post hæc Cardinalis incredibili gravitate,
 ac

(*) Vide annotationem ad §. præcedentem,
 consule etiam lib. CXX. §. CXXX. fol. 626.
 ubi quemdam Archiepiscopum in Gallorum ca-
 stris pugnans a Continuatore laudari re-
 peries.

Sæcul. XVI.
A.C 1509.

ac vultus Majestate exercitus sui conspectum subiit, & miro verborum pondere atque eloquentia Duces alloquens, suorum militum animos tam potenter excitabat, ut omnes eum circumstantes immotum, quod testificari parati essent, submissionis studium certatim profiterentur, eodemque tempore una omnes Cardinalem rogarent, ut in Ecclesiam sese reciperet, ibidemque pro felici armorum successu Deum exoraret. Cessit Ximinius communibus omnium votis, ac Mersalabirim reversus, ædesque S. Michaelis ingressus, toto prælii tempore coram altari prostratus Deum precabatur.

§. LXIII.

Prælium Christianos inter & Mauros.

Aliquamdiu uterque exercitus substitit otiosus; tandem vero Maurorum equitatus Christiano longe superior hostem incondito clamore ad pugnam provocabat, ac primo Mauri ab Hispanis summo in silentio directis in eos hastis excipiebantur, nil tamen inde territi iterato impetu in Christianorum legiones irruebant, quin tamen unquam earum ordines perrumpere possent: postquam vero tormenta ex arce navibusque explosa Mauris equitibus ingentem stragem

Marian. l. c. n. 77.
Gomes. l. 4.

Hist. Eccles. Tom. XXXII. F infer-

Sæcul. XVI inferrent, ac primus Orani conspectus
A.C. 1509. Hispanorum ardorem auget, derepen-
 te mutata erat rerum facies; cum enim
 uterque jamjam exercitus in acie confi-
 siteret, promiscua utrinque pugna, ac sin-
 gulorum arma in singulos vertebantur;
 demum vero Hispani duo millia equitum,
 qui Mersalcabiri nondum exscenderant,
 Orano admovent, ac suas copias in duo
 agmina partiuntur, quorum unum ad
 Tremeseniam portam contendit; hæc e-
 nim Ximenio Cardinali tradenda spon-
 debatur, alterum vero reconditum erat
 sub quodam colle, qui tam urbi quam
 Maurorum exercitui latentis hostis con-
 spectum prohibebat; insuper primis hisce
 pugnae auspiciis adspirabant clandestina,
 quæ Cardinalis cum quodam Hebræo ac
 duobus Mauris fovebat, consilia: hi enim,
 ut promiserant civitatis portam Christia-
 nis tradebant: cum vero cuncti, qui ar-
 ma ferendo pares erant, urbe egressi es-
 sent, Hispani equites, nullo obsistente,
 Oranum ingredi poterant, & præcipuas
 stationes, murosque occuparunt, nec-
 non propugnaculis munierunt, demum
 etiam tormentis in urbem directis, ex-
 tremam illius ruinam oppidanis minaban-
 tur, si adhuc resistere vellent.

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

§. LXIV.

Maurorum clades; Oranum a Christianis occupatum.

Itaque Hispani dejectis Orani signis, eorum loco S. Crucis vexillum Hispaniæ insignibus ornatum mœnibus infigunt; eo conspecto Christianorum exercitus novo ardore concepto usque ad quemdam locum aquæ ductui haud absimilem progreditur, ibi castra positurus. Mox vero ibidem prælium instauratur, atque Hispani e tormentis suis tam densum globorum imbrem in Mauros emittunt, ut ii relictis omnibus, quas occupaverant, stationibus in præcipitem, eamque tumultuariam fugam agerentur, Christiani vero tam prospero successu excitati fugitivis instant, ingentique ardore insequuntur; cumque Orani portæ essent occlusæ, victores victique, Christiani infidelibus immixti turbatis utrinque ordinibus implicabantur; deinde Mauri in urbe relictæ, comperto tumultu, erumpunt, & Hispanorum copias a tergo adoriuntur; unde ad eam prælii necessitatem devenit, ut neglecto fugientes insequendi studio, Hispani propriæ salutis prospicere compellerentur. Nec tamen Christiani propterea animos despon-

Gomes. in
vita Ximientis
lib. 4.
Marian.
n. 79
Raynal. d. ib.

Secul. XVI.
A.C. 1509. bant, sed restauratis ordinibus Maurorum impetus incredibili fortitudine sustinuerunt, cum interea unum Hispanorum agmen cum hoste manus confereret, aliud vero admotis undique scalis Orani muros conscenderet. Ceterum Mauri haud segniores ad sua accurrebant munimenta, ut Christianorum impetus eluderent, eorumque conatus penitus everterent.

§. LXV.

Oranum vi captum.

Gomez. l. c.
Marian. ib.

Verum fervente utrinque pugna, acquis vim vi repellere intento, deridente mille equites totis viribus de colle prorumpunt, ingentique impetu in Maurorum equitatum irruunt. Hi praelium undique instare non sine stupore animadvertentes, hostiumque suorum numerum longe majorem, quam reipsa esset, rati, animos despondent, terrereque ad ipsa peditum agmina diffuso, una omnes fugam arripiunt, equitatus quidem laxis omnino habenis affugiebat; pedites vero, cum horum auxilio destituti sese recipere molirentur, pavore confusionem augente, ruptis ordinibus undique dispergebantur, Hispanis tanta caedis aviditate Maurorum audaciam plestentibus, ut praelii locus quinque occisorum millibus stratus

stratus esset, sauciis nequidem compu- Sæcul. XVI.
A. C. 1508.
 tatis, quorum potissima pars vulneribus
 suis occubuit: ingens quoque erat capti-
 vorum numerus, qui omnes ad triremes
 abducebantur. Parta victoria Navarrus
 selectiores copias ad Oranenem urbem
 adduxit, suis opportune suppetias laturus,
 nec incassum; quippe nemine obsistere
 auso urbem ingrediebatur, plateas tamen,
 earumque aditus diversis repagulis ob-
 structos, necnon oppidanos primo terrore
 depulso extrema quæque perpeti para-
 tos invenit. Ast disruptis brevi platearum
 obstaculis, Hispani hostium pertina-
 cia magis irritati, non ætati non sexui
 parcebant, ac sine discrimine omnia pro-
 miscuo interitu miscebant, effractasque
 domos deprædabantur. Tum vero eo
 crudelius sævitum, quo Victori durius
 accidebat, quod ibi non nisi mulieres, vi-
 ros decrepitos, atque infantes, ferme
 omnes resistendo impares in ædibus re-
 periisset; nec tamen clades nisi cum die,
 sole nimirum ad occasum vergente, fi-
 nem sortita est. Ceterum octo millia
 Maurorum, qui in suis delubris delitescer-
 bant, in servitutem abstracta fuere, truci-
 datorum vero cadavera partim in plateis
 partim in domibus inventa facile quatuor
 millium numerum æquabant.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

§. LXVI.

*Ximenii Cardinalis ingressus in urbem;
ejus possessio capta.*

*Gomez. l. c.
Marian. lib.
29. n. 79.
Ciacon. in
Jul. II.
p. 281.
Rayna'd.
n. 25. & 26.*

Ximenius Cardinalis accepto victoriæ nuncio, mox conscensa triremi ad urbem contendit, ut eam in fidem suam reciperet. Navi egredientem excepit Vianellus, peditibus duplici ordine dispositis, equitatu vero a porta usque ad arcem continuata serie locato, eumque prope urbis portam præstolabatur Petrus Navarrus, qui adventanti claves porrigebat, victoriamque ejus armis, auspiciisque reportatam gratulabatur. Post hæc Cardinalis civitatem ingressus festivo totius exercitus acclamationibus excipitur, arci vero appropinquans Gubernatorem obvium habuit, qui illius imperium eidem deferebat. Erat unus ex duobus illis Mauris, quorum consiliis & opera Ximenius urbis deditioem molitus erat, hos comitabantur trecenti Christiani dira olim servitute pressi, qui omnes Cardinalis pedibus affusi, monstratis vinculis eum liberatorem suum proclamabant. Hisce mirifice oblectatus Cardinalis, Gubernatorem apud se retinuit, alterum quoque Maurum, atque Judæum, quorum auxilium eidem adeo proficuum erat, accersiri jussit, eosque secum in Hispa-

Hispaniam reduxit. Demum capta ur-
 bis possessione, ac deprædicata tam Bel-
 liducum, quam militum fortitudine, cun-
 ctis nomine Regis grates rependit, cui
 Legatum misit, qui prosperum ei expedi-
 tionis eventum nunciaret. Postea pri-
 mas eo curas intendit, ut humatis ca-
 daveribus, quæ jamjam aerem inficere
 videbantur, urbem perpurgaret, atque in-
 fidelium delubra ritu sacro expiata Chri-
 stianorum more ornaret. Præprimis
 vero ipsemet augustius fanum, quod *Mo-
 scheam* appellant, sub invocatione B. V.
 Mariæ de Victoria consecravit ac Clerum,
 Monachos, & Xenodochia instituit, eis-
 que ad sustentationem prædia, redditus-
 que necnon ædes ad habitandum com-
 modas assignavit, qua liberalitate urbem
 magna incolarum frequentia auxit.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1509.

§. LXVII.

*Ximinius conscensa navi in Hispaniam
 reversus.*

Rebus omnibus ita dispositis, Ximinius *Gomez ib.*
 Ferdinandum supremum urbis, Ora-
 niensisque ditionis Principem proclamari
 jussit, utramque tamen in spiritualibus
 Ecclesiæ Toletanæ subjectam esse voluit,
 eique pariter tam Regios census, quam pu-
 blicos redditus, ac omnia, quæcunque prio-
 ribus ditionis hujus Regibus obvenerant,

F 4 attri-

Sæcul. XVI. attribuit. Denique, postquam Oranum
A. C. 1509. sua opera in Regis potestatem rede-
 gisset, ipsumque Christianorum exercitum tan-
 topere auxisset, ut victoriarum cursum
 ad ultiores Africæ oras protendere fa-
 cile posset, ipse gloriæ suæ, ac vi-
 ctoriis finem posuit, & die vigesima ter-
 tia Maji in Hispaniam conscensa navi re-
 diit tam secundo usus vento, ut eodem
 die Carthaginem appelleretur, ubi binas
 a Rege accepit literas, quibus ad aulam
 invitabatur, ut ob præclara, quæ tam
 Regno quam Religioni præstitit, obsequia
 debitos quoque honores reciperet. Ast
 Ximenius Regi Catholico pro sua in
 eum benevolentia gratias agens, id unum
 efflagitabat, ut ad vires refocillandas,
 Complutum petere permetteretur, ubi
 paulopost adveniens, non modo solemnem
 ingressum, sed etiam officiosas gratula-
 tiones penitus recusabat, palam omnibus
 professus, hujus victoriæ gloriam non
 tam suæ sollicitudini, quam Numinis cle-
 mentiæ, ac militum fortitudini potissi-
 mum in acceptis referendam.

§. LXVIII.

*Ximenii contentio cum quodam Fran-
 ciscano Oranensem Episcopatum
 ambiente.*

Allicquot post annis quidam Ordinis S.
 Fran-

Francisci Alumnus renunciatus erat Episcopus ut vocant *in partibus* sub titulo Episcopi Aurensis; cum autem hic titulus nullos ei proventus afferret, inani Episcopatus nomine haud ultra contentus, Oranensem Ecclesiam hoc titulo indicari prætendit. Stimulabant Viri ambitionem dignitates, quæ Toletanæ Sedi annexæ erant, atque opulenti, quibus eadem abundabat, redditus, cumque Ximinius eidem Ecclesiæ Oranum in spiritualibus subijci, novamque dignitatem ad perpetuam victoriæ memoriam stabiliri cuperet, Franciscanus hujus spei amplitudine deceptus, primo sese Orani Episcopum nuncupari, dein Ximenio nunciari præcepit, ut deinceps a Spirituali hujus urbis regimine abstineret: Cum autem Cardinalis ab injustitiæ umbra longe abhorreret, hac super re peritissimorum Præsulum sententiam rogabat; verum una omnes in eam sententiam abiire, quod nullo unquam tempore Oranum Episcopali Sede inclytum fuerit, idque etiam ex veteribus monumentis demonstratum ibant, eoquod Aura magis versus Orientem, longius vero ab Orano semota a Carthaginensi Provincia dependeat, cum tamen ex adverso Oranum, totumque illius territorium, quin etiam circumvicinæ urbes Tingitanæ Provinciæ finibus circumscribantur. Non

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

Gomez in
vita Xim. l. 4.
Marian. l. 29
n. 80.

Sæcul. XVI
A. C. 1509.

placuit Monacho horum iudicium; hinc ipse recta Regem supplex adiit, a quo etiam literas accepit, quibus Ximenius supplicantis voto satisfacere rogabatur. Nihilominus Cardinalis cum hanc causam ad summum Pontificem deferri, ac operosius tractari pertimesceret, præfato Franciscano proposuit, Orani Collegiatam Ecclesiam esse construendam, ejusque primam dignitatem unacum Abbatibus titulo, ac pinqui pensione eidem conferendam; cum vero is oblata acceptare renueret, Ximenius ea antiquitatis monumenta, in quæ inquire jusserat, Regi exposuit, atque supplicavit, ut res in eo statu, quem antea habuerat, permaneret, idque Regi gratum, ratumque esset. Annuit Ferdinandus, nec ultra huic negotio sese ingerere voluit; idcirco prætentum illum Orani Episcopum, quod oblatam sibi a Cardinale compositionem acceptare recusasset, sera nimis poenitentia subiit.

§. LXIX.

Maurorum classis a Lusitano Rege profligata.

Ser. Osor.
hist. Eman.
Maff. hist.
Indic.

Inter hæc Franciscus Almaida Indiarum Pro-Rex tum adversa Lusitanorum fortuna, tum Laurentii de Almaida Filii sui morte commotus omnes, quotquot colli-

colligere poterat, naves instruxit, atque Sæcul. XVI.
 Onoræ portum prætervectus, Dabulem A.C. 1509.
 ingressus est, ubi omnes Calecutiensis ~~regis~~
 Regis naves ceterasque, quas in portu *Thuan. hist.*
 repererat, combussit, demum capta ac *lib. 1.*
 expilata Dabulis urbe hoc anno die quin- *Raynald.*
 ta Januarii e portu solvit, Diurnum versus, *hoc ann. n. 30*
 quo hostium classis confugerat, navigatu- *31. 32.*
 rus. Mirocemus priori victoria elatus
 atque hostem suum in portu præstolari,
 turpe ratus, naves suas in altum educi
 jussit. Jamjam inter utramque classem
 non nisi tantum intercesserat spacium,
 quantum sat esset ad certamen tormen-
 tis eminus inchoandum; verum cunctis re-
 pente ventis quiescentibus, noctisque te-
 nebris importune ingruentibus, prælii
 discrimen ad alteram diem remittebatur.
 Tum vero pertinax utrinque pugna com-
 mittebatur, atque ex utriusque classis tor-
 mentis horrendus globorum imber emit-
 tebatur, ancipiti identidem fortuna, do-
 nec tandem penes Christianos sine con-
 troversia staret summa victoriæ. Cæsa
 sunt in hoc prælio Barbarorum plusquam
 quatuor millia, tresque naves majores
 præter duo navigia rostrata, duasque tri-
 remes, & quatuor onerarias cum innu-
 meris fere aliis minoribus fuere qua ca-
 ptæ qua submersæ.

Scnl. XVI.
A.C. 1509.

§. LXX.

*Albuquerqueus Pro-Rex Almeydæ
subrogatus.*

*Joan. de
Barros.
Maffæus.
Marmol.
Vasconcellos*

Almeyda parta hac victoria Cochimum reversus est, eoque victricem classem revexit: ast redux Alphonsum Albuquerqueum Indiarum Pro-regem fuisse nominatum comperit, cui post vehementes contentiones ultro citroque habitas, regimen cessit, ac Lusitaniam petiturus, itineri sese accinxit, antequam vero illuc viam emetiretur, vitæ finem imposuit. Post ejus obitum Albuquerqueus summa integritate ac insigni prorsus prudentia officii sui partes expleverat, & tam fidei Christianæ, quam Regis sui commoda maximis incrementis promovit, ac denique ejusdem nomine pluribus hujus regionis ditionibus feliciter subactis foedus inter Lusitanam coronam & Persarum Regem procuravit.

§. LXXI.

*Consilia Regis Angliæ de sua filia
Carolo Archiduci despon-
sanda.*

*Rapin. de
Thoiras hist.
Angl. tom. 5.*

Tandem Henrico VII. Angliæ Regi, qui Mariam filiam suam Carolo Juveni Archiduci matrimonio jungere summis votis

votis exoptabat, secunda adspiravit fortuna. Insumpserat jam integrum annum in exequendis hisce consiliis, denique totius negotii curam Fuxo demandaverat, a quo etiam datis literis edoccebatur, quod fausto eventu, & quidem iis conditionibus, quæ Regi summopere proficuz forent, has nuptias conciliasset, simulque cuncta superasset clandestina molimina, quibus Rex Catholicus matrimonium illud præpedire nitebatur. Accepto hoc nuntio Henricus per totum suum regnum festiva lætitiæ signa edixit, ac Nobilis de Berghen pro adolescente Archiduce missus, procuratorio nomine cum regia Filia nuptias contraxit, quæ tamen effectu caruere.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

§. LXXII.

Henricus VII. morti proximus.

Attamen Henricus jam aliquamdiu lenta ta tabe laborans, malo indies crescente, omnes eo curas intendit, ut ad ultimam luctam sese accingeret, unde aucta erga pauperes liberalitate, etiam Ecclesiæ Sacramenta maxima cum religione recepit, utque misericordia erga alios propriæ culpæ veniam certiorum redderet, edicto hanc in rem promulgato omnibus delictorum pœnam remisit, cunctisque, qui ob æs alienum capti

Polyd. Virg. hist. Angl. lib. 26. sub fin.
Raynald. hoc ann. n. 35.

Sæcul. XVI. capti detinebantur, libertatem restituit, A. C. 1509. dummodo debitum quadringentos solidos (*) non excederet, Gallis vero pecunias, quas ipsis debebat, ex proprio peculio numeravit: Cum autem poenitentiam suam haud perfectam fore censeret, nisi etiam ingentes pecuniarum summas, quas ejus Ministri a privatis quibusdam persæpe extorquebant, integre restitueret, hinc disertis verbis in testamento cavit, ac Successorem suum Religione obstrinxit, ut cunctis illata damna repararet: etsi melius longe fecisset, si ipse adhuc in vivis existens huic oneri satisfacisset; quippe, ut fieri amat, in hoc quoque suprema testatoris voluntas aut non integre servata, aut penitus neglecta fuit.

§. LXXIII.

Henrici obitus.

Baco. hist. regni Henrici VII.

Polyd. Virg. in sua regia, huic mundo valedixit, anno ætatis quinquagesimo secundo, regni sui vigesimo quarto.

hist. Angl. l. 26. sub fin.

Harpsfeld. hist. Eccl. Angl.

Marian. l. 29

Denique Henricus hoc anno die vigesima secunda Aprilis Richemundiæ in sua regia, huic mundo valedixit, anno ætatis quinquagesimo secundo, regni sui vigesimo quarto. Corpus ejus translatum fuit Westmonasterium, ibique in magni-

(*) Vulgo vocantur Schilling, valentque 12. Stüber, seu quadrantem Imperialis.

magnifico repositum tumulo, quem in splendidissimo Sacello paucis ante obitum suum annis absoluto erigi jusserat. Suscepit Henricus ex Elisabetha Eboracensi Eduardi IV. filia natu majore tres filios, (*) quorum primus erat Arthurus Walliæ Princeps, qui nuptiis cum Catharina Ferdinandi, ac Isabellæ filia contractis die secunda Aprilis Anno Domini millesimo quingentesimo secundo fatis functus est. Alter erat Henricus defuncti Successor, qui fratris sui primogeniti viduam sibi copulavit. Tertius denique Edmundus eodem anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono vix natus vivis ereptus est. Ex eodem connubio quatuor procreaverat Filias, quas inter prima erat Margarita Anno Salutis millesimo quingentesimo tertio Jacobo IV. Scotiæ Regi, undecimo autem post anno Archamboldo Duglassio, & tandem Henrico Stuart nupta. Secunda fuit Elisabetha, quæ Anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, tertium ætatis suæ annum, duosque menses agens, morte sublata est: Tertia vero Maria, quæ primum Ludovico XII. Galliarum Regi, demum Suffolciæ Duci desponsata fuit. Postrema

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

(*) Polydorus Virgilius Henrico attribuit quatuor filios, totidemque Filias.

Sæcul. XVI. ma denique Catharina, quæ eodem, quo
A. C. 1509. nata est, anno fati cessit, nimirum mil-
 lesimo quingentesimo secundo.

Eluxit enimvero Henricus præclaris admodum virtutibus, atque eximiis animi dotibus, nec tamen nævo suo caruit, unde quorundam vituperium, aliorum laudem sibi conciliavit; idque præcipue vitio ei vertitur, quod immodico in Lancastrienses, unde ortum duxerat, studio abreptus, tanta severitate Eboracenses infectaretur, ut nonnunquam nec ipsi adeo Reginæ conjugii suæ parceret, indeque plurimum invidiam in se concitaret. Præterea corradendæ pecuniæ studiosissimus erat, nec Ministri nisi ærario augendo intenti essent, diu Regis gratia valebant. Inde prodierunt omnes ii tumultus, qui regiminis felicitatem in Anglia turbabant, nec raro eam ob causam populus ad seditionem commotus identidem occasionem vindictæ sumendæ quærebat. Ast cum Henricus singulari rebelles ad obsequium reducendi dexteritate polleret, hinc avaritiam suam corrigere haud multum curabat (*).

§. LXXIV.

(*) *Æquius ac verius de Henrico sentit cum aliis Scriptoribus Natalis Alexander Sæcul. XV. cap. 3. articulo II. affirmans: Henricus colligendæ pecuniæ, mulctæ præsertim nomi-*

ne

§. LXXIV.

Sæcul. XVI.
A.C 1509.

*Henricus VIII. Successor, defuncti
Filius.*

Successit eidem Henricus VIII. ejus Fi- *Raynald. ad*
lius, qui decimo octavo ætatis suæ *hunc ann.*
anno solium conscendens, in ærario plus *n. 35.*
quam decies octies centena millia libra-
rum Sterlingicorum nummorum reperit.

§. LXXV.

*Ladislai Bohemiæ Regis responsum
ad libellum supplicem Bo-
hemorum.*

Sub idem tempus Ladislaus Bohemiæ
Rex purioris fidei Catholicæ studio ex-
citatus, edictum promulgavit, quo Fratri-
bus Bohemis, seu Picardis interdictum,
ne in coetus publicos aut privatos coi-
rent, nec sectam amplius divulgarent.
Regerebant protinus illi, quod eorum
dogmata ab errore libera essent: Rex ve-
ro, licet in pluribus articulis eorum do-
ctrina orthodoxa videretur, illos audire
renuit, inquiring, se non ea, quæ sanæ
fidei

ne ab iis, qui in leges peccabant, populo stu-
diosior videbatur, quam tamen adhuc vivens
piorum consilio restituit.

Hist. Eccles. Tom. XXXII.

G

Sæcul. XVI. fidei consona, condemnasse, sed ideo eorum sectam rejicere, quia veritas variis erroribus corrupta esset. Ast cum iteratis precibus insisterent, ut ipsis conventus agere, suamque doctrinam prædicare liceret, Rex epistolam acribus verbis conceptam ad Martham Bozckowitsium misit, adjuncto duplici responso ad utramque Fratrum Bohemorum apologiam. Profluxerat illud ex calamo Augustini Doctoris, qui solidis argumentis demonstratum ibat, quod secta horum Fratrum secum ipsa pugnet, nullo nitatur fundamento, ac proin omnino necessarium sit, ut eis imponeretur silentium, ne simpliciores seducantur.

§. LXXVI.

Apologia Fratrum Bohemorum adversus Augustinum Doctorem.

*Prof. fid. ad
Ladisl. cap.
de Eucharist.
apud Lyd.
t. 2. p. 10. cit.
apol. p. 4.*

Vix Augustini responsum divulgabatur, cum illico Picardi, ut illud refellerent, ineunte anno Christi millesimo quingentesimo nono apologiam quamdam publici juris faciebant. In ea rejiciebant transubstantiationem, contententes, panem & Vinum, sine omni tamen mutatione, in Corpus & Christi sanguinem transire: dein repetebant de novo ea, quæ jam antea contra Sacramen-

ti hujus adorationem opposuerant. Declarabant itidem, se quidem in professione fidei de summo Pontifice mentionem injecisse, ac docuisse, quod ceteri Presbyteri ab illo Ordinis potestatem accipiant, nullatenus tamen hoc nomine sese Papam denotasse, sed duntaxat Christum Dominum, quem D. Petrus Pastorem, & animarum nostrarum Episcopum appellaret: hunc enim solum universalis Ecclesiæ Caput esse. His addebant, Romanum Pontificem, ejusque Cardinales hoc solo, quod Christi Servi essent, contentos esse oportere, atque illorum duntaxat esse, ut pauperem, humilem, patientem, ac innocentem Christi vitam imitarentur, doctrina & exemplo viam, quæ duceret ad cœlum, præirent, ac populum divini Verbi pabulo, & Sacramentorum administratione pascere, atque in hoc præcipue SS. Petri & Pauli, ceterorumque Apostolorum vestigia premerent: Ut vero Pontifici, atque Episcopis majorem adhuc conflarent invidiam, Apostolorum vitam eorum moribus studiose opponebant.

Ad hæc reprobabant etiam cultum, ac B. V. Mariæ Sanctorumque invocationem, docebantque, nonnisi ad Deum solum, preces nostras esse dirigendas. De Purgatorio hanc opinionem fovebant, duplex nimiram purgationis genus statu-

G 2

tuebant,

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.

Secund. ad
ann. 1509.
n. 12.

Sæcul. XVI. A.C. 1509. tuebant, unum pro præfenti, alterum pro futura vita; primumque certum, ac in divinis literis stabilitum, alterum vero nonnifi incertum effe tradebant, eoquod nec Sacer Codex illius mentionem ufpiam faciat, nec primitiva Ecclefia illud agnoverit, nec antiqui Doctores unquam illud tradiderint, cum nonnifi a quibusdam recentioribus, quos inter præcipuus ferme effet Thomas Aquinas, adinventum fuerit: Potius tamen acceptabant nonnullorum veterum errorem, qui tenebant, Electos in die iudicii per ignem fatis purgandos, nec eorum animas ante refurrectionem ad Beatitudinis poffeffionem admittendas. Præterea nonnifi eas leges humanas fe obfervare contestabantur, quæ æquitati non adverfarentur, imo nonnullas admittebant ex iis, quas injuftas cenfebant, dummodo illas absque injuftitia fervare valerent, quales juxta ipfos, erant fefta, jejunia, aliaque pietatis opera, quæ *indifferentia* appellabant; eas tamen leges rejiciebant, quas ad fidei atque juftitiæ everfionem tendere, Dei præceptis, ac honori eidem debito adverfari, aut idololatriæ, falſæ ſpei, & ſuperſtitioni anſam præbere exiſtimabant. Poſtea iterum regrediebantur ad articulum de Euchariftia, ac poſt prolixum ſermonem tandem inferebant, Chriſtum in Euchariftia, cum Corpore ſuo naturali

naturali præsentem non esse, sed duntaxat per suam potentiam in gratia & veritate ibidem existere. Denique apologiam duplici testimonio concludebant, uno ex S. Bernardo, altero ex Petrar-
cha contra mores Curia Romanæ deprompto.

§. LXXVII.

Cardinalis S. Georgii obitus.

Hoc anno Joannes Antonius de S. Georgio Placentinus Cardinalis Romæ e-
vivi excessit, in Ecclesia S. Celsi sepul-
tus. Erat ille primo Ecclesie S. Am-
brofii Mediolanensis Præpositus, dein vero
Alexandrinus Episcopus ad Mediolanen-
sis Ducis preces renuntiatus est, a quo
etiam Orator ad Hungariæ Regem mis-
sus fuit. Post hæc Rotæ Romanæ Au-
ditor, diversis temporibus plures Episco-
pales Ecclesias regebat, donec tandem
Anno Domini millesimo quadringentesi-
mo nonagesimo tertio ab Alexandro VI.
Cardinalium Collegio adscriberetur, vul-
go Cardinalis Alexandrinus nuncupatus;
qua dignitate auctus Parmensem Ec-
clesiam sibi oblatam acceptavit, possedit-
que. Præter aliquas Orationes posteri-
tati reliquit plures tractatus in Decretum,
& Decretales, una cum commentario
in plures ac particulares juris tam Ca-
nonici

Sæcul. XVI.

A. C. 1509.

Guicc. lib. 7.

Aubery hist.

Cardin.

Ciacon. in

Alex. VI. to.

3. p. 168. &

204.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

nonici quam civilis materias, inter celebriores hujus ævi Jurisconsultos haud immerito referendus. Interfuit comitiis Pontificiis, in quibus renunciati sunt Romani Pontifices Pius III, & Julius II. Porro in exequis laudatorem habuit Camillum Porcarium.

§. LXXVIII.

Mors Cardinalis Copis.

Hujus Purpurati obitum præcessit Melchior Copis itidem Cardinalis, qui Romæ secunda Martii extremum diem clausit. Natus erat in Austria, Parente Casparo Mekano, Maximiliani I. Imperatoris Consiliario, cujus præclara merita, ut in Filio remuneraretur Cæsar, Melchioren ad Brixensem Episcopatum nominavit, eundem vero Alexander VI. Anno Salutis millesimo quingentesimo tertio ad Maximiliani preces purpura insignivit. Vir erat toto vitæ suæ tempore in muneris sui ratione ex asse adimplenda assiduus, ac propterea sub Julio II. Romæ summo in honore habitus, demum in Ecclesia S. Mariæ de Ara Coeli sepultus est.

§. LXXIX.

§. LXXIX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

Terræ motus Constantinopoli.

Hoc item anno tum diversæ per universam ferme Europam regiones, tum præcipue urbs Constantinopolitana horrendo terræ motu per solidum mensem & amplius concussa fuit, ac tanto quidem impetu, ut omnibus pene urbis mænibus everfis, ipsa ærarii arx quinque munitissimis turribus firmata, & alia ædificia quam plurima corruerint; & quamvis Bizarrus testetur, Christianorum templa a communi ruina fuisse immunia, Græci tamen Scriptores hac super re non consentiunt; nihilominus ingens illud Sanctæ Sophiæ templum nihil læsum fuisse constat, etsi turris eidem sacræ Ædi a Turcis imposita, necnon sepulchrum Mahometis II, qui Bajazethis Parens erat, maximis sumptibus extructum penitus prostratum fuisset. Ad dunt nonnulli, calcem, & crustam, qua Sanctorum imagines a Turcis fuerant obtectæ, ita decidisse, ut eæ perinde ac si recens depictæ & confectæ fuissent, apparerent. Præterea Auctor quidam Germanicus, qui tunc Constantinopoli agebat, tradit, ruinam Mense Augusto incæpisse, Annales autem Turcici Exaltationis S. Crucis diem Mensis Septembris

Surit. in comm. Bizarr. rer. Persic. lib. 10. &c. Leunclav. l. 16. Turco-Græcialib. I.

Cuspin. de Imp. in Bajazeth. II

Leunc. de Reb. Turcic. lib. 5. c. 14.

Basel. in append. ad Naucler.

Raynald. hoc ann. n. 34.

Sæcul. XVI. designant. Proditur etiam durante hoc
A.C. 1509. telluris motu, mare inter Constantinopolim & Peram adeo infremuisse, ut utramque civitatem superatis mœnibus inundaret. Porro incolarum numerus, qui tunc perierant, in quibus plurimi etiam ex Proceribus numerabantur, ad tredecim ferme millia ascendit. Bajazethes ipse Hadrianopolim se recipiens nonnisi in casa ex levibus tignis constructa, periculum evasit, quo cessante ad octoginta Architectorum, & Fabrorum millia collegit, quorum opera ruinæ reficerentur.

§. LXXX.

Arsenius a Græco Patriarcha Constantinopolitano excommunicatus.

Crus. in Turco-Græc. l. 2. Guillet. La-ced. anc. & nov. p. 327. Spond. hæc ann. n. 16. **M**ense Junio ejusdem anni pronuntiatam reperimus a Patriarcha Constantinopolitano Græco, quem Pachemium fuisse autumant, excommunicationis sententiam adversus Arsenium Monembasiæ, seu Epiduari in Morea Archiepiscopum. Is quidem Vir doctrina insignis, sed Prædecessore suo adhuc superstite ab uno Episcopo, & duobus Presbyteris Venetorum opera consecratus fuerat: Igitur Patriarcha sententiam excommunicationis, necnon depositionis

Sæcul. XVI.
A C. 1509.

positionis in eum pronunciavit, eamque ubique promulgari jussit, ita quidem, ut omnes Sacerdotes & Clerici per eundem anathemate percussum sedeque sua pulsus ordinati, rursus a legitimis Episcopis initiarentur. Causa tamen excommunicationis, qua sibi gravem adeo Græcorum schismaticorum indignationem accivit, haud alia erat, quam quod se sacræ Romanæ Ecclesiæ subiecisset; unde Arsenius, ut jura sua redintegraret, Romanum adiit Pontificem, ac graviter de Patriarcha questus, quatuordecim accusatorum capita in Græcos congestit, ea de re Julius Venetis, qui in Morea sedem fixerant, datis literis injunxit, ut Græcos ad satisfactionem Metropolitanam reddendam inducerent; verum Veneti adeo male excipiebantur a schismaticis, ut de ipsa quoque vita periclitarentur.

§. LXXXI.

Constitutio Pontificis contra Duellantes.

Prodiit hoc anno Julii II. Papæ Constitutio die vigesima quarta Februarii edita, qua anathemate, aliisque Ecclesiæ poenis perstringit omnes, qui singulare certamen ineunt, ac levissimis ex causis inhumana sævitia ad mutuas cædes

Bullar. in Jul. II. Const. 19.



Sæcul. XVI. sese provocant, ut alter alterius sanguine
 A.C. 1500. *satietur.*

§. LXXXII.

*Pollicitatio Cæsaris Galliarum Regi
 adversus Venetos facta.*

*Petr. de
 Angl. ep. 434*

Interea continuo adhuc fervebant Prin-
 cipum dissensiones; singuli enim, cum
 metuerent, ne Ludovicus Galliarum Rex
 totam Italiam occuparet, vel palam vel
 clam eidem insidiabantur, illumque ex
 Italia propellere moliebantur, uno solo
 excepto Maximiliano Cæsare, qui, cum
 Gallorum ope pristina sua recuperasset
 dominia, Regi haud quaquam adversa-
 batur.

Præterea Julius, cum nullam odii in
 Gallos exerendi occasionem prætermi-
 teret, Venetis amicitiam, quæ Ludovi-
 cum inter & Cæsarem intercedebat, sus-
 pectam reddere omni studio nitebatur,
 prætendens, ambos in eorum potissimum
 ruinam conspirare, atque ejusmodi fove-
 re consilia, quæ, si Galli prævalerent,
 Reipublicæ admodum noxia forent. Nec
 vana erat Pontificis suspicio; quippe Im-
 perator Tarvisinæ, Vicentinæ, & Pa-
 tavinæ urbis dominium Galliarum Regi
 addixerat, ea tamen lege, ut copiis in a-
 ciem eductis bellum Venetis inferret, eos-
 que ex hisce tribus urbibus propulsa-
 ret;

ret; neque hic tantum steterat Maxi-
 miliani pollicitatio, sed quemdam etiam
 suorum familiarium probatæ fidei Virum
 Lugdunum, ubi tum Franciæ aula age-
 bat, decrevit, qui Regi fidem faceret,
 quod Cæsar eidem nunc pignoris loco
 Veronam cederet, si ei quinquaginta Du-
 catorum millia mutuo daret, quæ, si non
 unacum foenore præstituto tempore nu-
 meraret, eadem urbs Regis dominio re-
 lineretur, eam tamen præstita solu-
 tione ac indemnitate Rex Cæsari integra
 fide redderet. Hanc conditionem mi-
 nime respuendam censebat quidem re-
 gius Franciæ Senatus, Rex vero primo
 tergiversatus, demum missa ad Maximi-
 lianum legatione, repulsam ei nunciare
 decrevit, ast cum is, cui Gallum ad Cæ-
 saris vota inclinandi cura erat demanda-
 ta, opportune subjungeret, Maximilia-
 num, si Rex petitam summam numerat-
 urus esset, eidem, præter hætenus pro-
 missa, securum etiam transitum ad Min-
 cium & Vallegium omnino permissurum,
 illudque territorium perpetuo jure Gallis
 cessurum, si evoluto anno quinquaginta
 illa Ducatorum millia restituta non fuis-
 sent, hinc foedus confestim firmatum est,
 ac Deputato pacta pecuniarum summa
 numerata fuit.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1510.

§. LXXXIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

§. LXXXIII.

*Veneti in Papæ gratiam redire
intenti.*

*Bonacurs. in
diar. iis.
Guic. lib. 8.
Belcar. l. II.
n. 49.
Marian. l. 29
Raynald. hoc
ann. n. 1.*

Mutuo hoc foedere Cæsarem inter & Galliæ Regem Venetorum res haud parum turbabantur; hi quippe sat per spectum habebant, quod, si Ludovicus, Verona & Vallegio pignoris instar occupatis, Vicentiam etiam ac Patavium, & Trivisium expugnaret, ipsi denique non nisi suis paludibus inclusi, continentem recuperandi spe penitus dejicerentur; non enim ipsis integrum erat, eo redire, nisi Germanorum, ac Gallorum copias, quæ suis longe superiores erant, aggredierentur: quocirca præmissa matura deliberatione Senatus hoc unicum malo restare præsidium censebat, ut sese Pontificis arbitrio committeret, pacemque cum illo diu jam agitatum perficeret, quascunque demum condiciones præscriberet.

§. LXXXIV.

Ludovicus XII. Venetorum reconciliationem impedire conatus.

Verum Ludovicus cum probe nosset, quod summus Pontifex in Regis odium

odiam Helveticos a Gallorum foedere a-^{saecul. XVI.}
 vellere conatus fuisset, atque aliunde A. C. 1510.
 prospiceret, quod Julius haud gratiora
 ipsi apud Anglos obsequia praestiturus
 esset, toto studio in id incubuit, ut Ven-
 etos ab anathematis vinculo solvi praep-
 ediret. Ea de re Albertum Pium de
 Sabaudia Carpiensem Comitem Romam
 misit, ut Cardinali Auxitano Cardinalis de
 Ambasia Nepoti sociam operam jungeret,
 quin etiam hunc ipsum Ludovicus Roma
 in Franciam redire jussit, ut Pontifici spe-
 cietenus complaceret, cui hunc Cardina-
 lem minus gratum esse noverat: Igitur
 Carpiensis equis veredariis acceptis sine
 mora Romam contendit cum facultate,
 ut Julio quo eum demulceret, atque
 ad Cameracensis foederis partes indu-
 ceret, amplissimas, quas vellet, pollicita-
 tiones faceret, eidemque significaret, Re-
 gem deinceps cuncta Pontificis decreta
 religiosissime acceptaturum, simulque ra-
 tionem itineris, quod pro communis
 causae bono proximo Vere in Italiam me-
 ditaretur, ejus arbitrio penitus relicturum.

§. LXXXV.

*Pontificis Venetis reconciliati
 rationes.*

Verum Carpiensis Romam perveniens, *Raynald. ib.*
 praeter expectationem concordiae *n. 2.*
 nego-

Sæcul. XVI. A.C. 1510. negotium vix non absolutum comperit; jam enim summus Pontifex Venetis, quod eos censurarum nexibus liberare vellet, fidem suam obstrinxerat, non sine urgente rationum pondere; cum enim ob recentem Hydrunti a Mahomete II. capti expugnationem Turcarum potentia Italis maxime formidanda esset, Papa plurimum quoque verebatur, ne Ecclesiæ ditiones infestis armis invaderentur; nec deerant inter Venetos, qui, ut opem suam velut omnino necessariam obtenderent, periculum exaggerabant, haud abs re: sperabant enim eorum studia eo avidius a ceteris expetenda, quo magis Turcarum terrorem inculcarent; Julius quoque tantam de Venetorum potentia concepit fiduciam, ut ab his solis Infidèles trans Sinum Adriaticum retineri, aut si classem contra illos emitterent, repelli confideret; unde Venetorum auxilio destitui adeo pertimescebat, ut cum illis concordiam redintegrare statuisset, duplici hac inductus causa. I. Quod cum nonnisi Ferrariensis Vicedomini Magistratum suppressi, suosque subditos a vectigalibus, quæ ex peregrinis mercibus per Adriaticum mare advehendis imponebantur, exonerari peteret, id facile obtenturum speraret. II. Quod, dum adhuc Cardinalis esset, quadraginta omnino annis arctam cum Venetis fovisset

set

set amicitiam, atque in eorum ditionibus, priusquam in Gallias confugerat, tutum reperisset asylum, ac proin Senatores, quibuscum ei arctior nexus, atque consuetudo fuerat, animi sui magnitudinem, ac gratitudinem abs dubio suspecturi essent.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

§. LXXXVI.

Veneti a Papa censuris liberati.

Itaque die vigesima quinta Februarii Anno Domini millesimo quingentesimo decimo Summus Pontifex Venetos non sine magna solemnitate a censuris, quibus irretiti erant, exsolvit: sex enim Reipublicæ Oratores coram Papæ pedibus prostratos in Basilica S. Petri publice facris restituit, injuncta iisdem septem urbibus Ecclesiarum visitatione; Conditiones autem hujus reconciliationis, si Guicciardino fides, hæc fuere. I. Interpositam ad Concilium provocationem revocarent. II. Nulla Sacerdotia, exceptis iis, quæ laici patronatus essent, cuiquam conferrent, nec in Curia Romana provisos in suorum beneficiorum possessione turbarent, causasque omnes sacras Romæ tractari ac dirimi, subditis suis permitterent. III. Decimas, aliave onera Ecclesiis non imponerent. IV. Omni juri, in res aut urbes ac ditiones Pontificias, præcipue

Guicc. l. 8.

Et 9.

Raynald. ad

hunc ann.

n. 2. Et 7.

Paris de

Grassis t. 3.

Diar. Cere-

mon. n. 5.

p. 520.

Sæcul. XVI. præcipue vero Vicedomini Ferrariensis
 A.C. 1510. Magistratui renunciarent. V. Romanæ
 Ecclesiæ subditis plenam relinquerent
 per totum mare Adriaticum navigandi
 libertatem, nec aliarum gentium pere-
 grinis quibuscunque mercibus, quæ eo-
 rumdem clientum navigiis veherentur,
 vectigal ullum imponerent, aut naves vi-
 sitarent. VI. Nullos ex Papæ vasallis,
 qui Romanæ Ecclesiæ perduelles, aut
 hostes sunt, reciperent, aut eorum caus-
 sas cognoscerent. VII. Pactiones omnes
 a Julii Prædecessoribus factas, quibus Ec-
 clesiæ Romanæ detraheretur, absque al-
 lia declaratione irritas pronuntiarent.
 VIII. Denique damna in hoc bello Ec-
 clesiis, earumque bonis illata resarcirent.

Petr. Juslin.
lib. II.
Delph. l. 9.
epist. 66.

His conditionibus Julius Pontifex om-
 nem indignationem deposuit, ac patro-
 cinium Venetorum suscepit, nec non con-
 sensit, ut Romanæ Ecclesiæ subditi Rei-
 publicæ stipendia mererentur. Itaque
 hæc eadem Respublica, quæ a multis
 retro sæculis præ aliis potentissimis Ita-
 liæ Principibus Vaticanum fulmen mi-
 nus pertimescere videbatur, jam in ea
 causa, quæ non nisi temporale commo-
 dum concernebat, promptam submissio-
 nem profitebatur, ac quibuscunque im-
 periosis ultroneæ pacis conditionibus,
 quas demum arroganti, ac fortuna sua
 elato

elato Principi dictare libuit, sese subjicere compellebatur (*).

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

§. LXXXVII.

Facta reconciliatione exercitus a Venetis conscriptus.

Veneti Sedi Apostolicæ ita reconciliati, in certam spem restaurandæ suæ Reipublicæ erigebantur; idcirco mox exercitum colligebant, ex mille quadringentis cataphractis, præter equitum leviter armatorum quatuor millia, decemque millia peditum, quos inter recensebantur Sedis Apostolicæ subditi, quibus Venetorum stipendia mereri, a summo Pontifice concedebatur. Unice adhuc desiderabatur exercitus hujus Dux; Comes enim

*Guicc lib 9.
Bembo hist.
Venet.*

(*) Nempe juxta Continuatores summis laudibus extollendi fuissent Veneti, si contemptis Ecclesiæ poenis suæ pervicaciæ insitissent, novum enim inde hausisset documentum, quo Pontificum censuras a Principibus elusas, continuato quasi usu demonstrare valuisset. Ast ejusmodi loquela manifestum facit Scriptoris nostri animum, in omnes, qui gentis suæ studiis quovis pacto adversantur, semper iniquissimum, semperque eos carpere paratum, qui tanquam Ecclesiæ Filii debitam summo capiti obedientiam profitentur.

Hist. Ecclesiast. Tom. XXXII.

H

Sæcul. XVI A. C. 1510. nim Petilianus non ita pridem jam Patavii e vivis excefferat. Itaque Senatus Marchionem Mantuanum, tum in arce S. Marci inclusum præ ceteris selegit, cui & ipse Lauredanus Reipublicæ Princeps exercitus imperium deferri voluit, fide, cautioneque præstita, quod semper sua obsequia Venetorum Reipublicæ consecrare vellet. Lubens id munus Marchio, utpote captivitatis toedio victus, acceptabat, moxque filium suum Mantua Venetias in datæ fidei securitatem adduci iussit. Verum Mantuæ Marchionissa ex Estensi familia orta, Maritum suum ignaviæ insimulans, filium suum tradere renuit, illumque datis literis adhortata est, ut potius adversos fortunæ casus fortiter toleraret, nec ab avita Majorum suorum virtute, aut a proprii nominis gloria degeneraret. Senatus ubi a Marchione repulsam tulit, Andream Gritum sollicitabat, qui tamen pari modo hanc provinciam recusavit, caussatus, nunquam se classem rexisse, nec magis prosperum sibi polliceri terrestris exercitus imperium. Eo igitur imperium respuente, Senatores illud Fregosio deferre cogebantur, cui tamen, cum verbis magis quam dexteritate ac rei militaris peritia valeret, brevi Malvezium, postea Balionem subrogarunt.

§. LXXXVIII.

§. LXXXVIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.*Helveti ad Gallorum partes deserendas a Papa sollicitati.*

Nec tamen Veneti potissimum spei suæ præsidium reponebant in Ducis sui experientia, aut in exercitus robore, quem hostibus suis longe imparem probe agnoverunt, sed eorum fiduciam vel maxime auxit Pontificis clementia, cujus in Gallos indignatio amicitiam Venetis conciliabat: accessit etiam Reipublicæ solertia, quæ Julium contra Franciam identidem magis, ac magis concitare, toto studio adlaborabat, eum in finem, ut Papa novis curis distentus, vires suas alio distractas contra Venetos denuo Gallis jungere haud amplius valeret. Nec eos spes sua fefellit; Julius quippe ad Venetorum vota foedus quoddam adversus Gallos sancire meditabatur, atque Helvetios sollicitabat, ut & ipsi eidem accederent. Favebat ejus consilio præsens etiam rerum vicissitudo; Sedensis enim Episcopus nomine Matthæus Scheiner, Præsul ambitione tumidus, ad ampliores honorum gradus in Curia Romana adspirabat; unde Julius comperto viri proposito, alienæ cessit cupiditati, ut propriæ satisfaceret, Matthæo purpuram pollicitus, si Helvetios ad Pontificis partes pertraheret, eosque societati adjungeret.

*Raynald hoc
ann. n. 25.
Guicc. l. 8.
Bonnac. in
Diariis.*

Sæcul. XVI geret : Cum igitur Episcopus dexteritate, ac persuadendi facilitate plurimum
A.C. 1510. polleret, ac præterea apud Helvetios maxima auctoritate valeret, summo Pontifici de felici successu fidem dedit. Percommodum etiam accessit ejusdem consiliis, quod ultima jam pene dies instaret, quam Helvetii tollendæ cum Gallis societati præfixerant, quapropter Episcopus, ne eam denuo innovarent, sollicitè præpediebat; cumque hanc in rem in Helvetiorum negotiis Badæ comitia agerentur, iis ut interesset, occasionem opportune aucupabatur. Ea potitus nil prætermisit eorum, quibus Gallorum fidem Helvetiis suspectam redderet, ut vero illos in hanc nationem magis concitaret, eis auctor fuit, ut sua stipendia viginti librarum millibus augeri peterent. Id cum a Rege postularent, ea arrogantia ac protervia utebantur, ut Ludovicus non modo postulata negaret, sed & in illos graviter commoveretur, quod aggresses hi monticolæ, ut inquebat, leges ei dictare præsumerent. Ast hac repulsa nil gratius accidere poterat Scheinero: unde Helvetiis continuo suggerebat, ut datam Gallis fidem rumperent, ac Pontifici eandem addicerent: nec id exequi morabantur Helvetii, non sine magno Julii gaudio, qui novos hosce socios insigni Sedis Apostolicæ Defensorum nomine hono-

honorabat; Rex vero, ut horum defe-
 ctionem repararet, Georgio de Supplex, Sæcul. XVI.
A.C. 1510.
 qui Ludovici nomine apud Grifonum
 Rempublicam residebat, negotium de-
 dit, ut cum illis foedus iniret, eosque
 ad tuendum Mediolani Ducatum induce-
 ret; hi enim non minus vicini erant,
 quam Helvetii, imo illis adhuc commo-
 dior in hanc ditionem patebat ingressus.
 Regis petito lætanter, ac honestis con-
 ditionibus annuere Grifones.

§. LXXXIX.

Angliæ Rex ad defectionem inductus.

Præterea summus Pontifex Gallorum
 potentiae opponere conabatur alium
 Principem, nimirum Angliæ Regem,
 qui cum ætate juvenis, ac communis
 applausus laudisque aviditate flagraret,
 nil desiderabilius habebat, quam ut regi-
 minis sui auspicia, nomenque suum glo-
 rioso quodam facinore commendaret; Ju-
 lius tamen haud temere suspicabatur,
 Anglos, utpote quorum ditiones nimi-
 um distarent, nunquam cum Sede Apo-
 stolica foedus ad arma tam inferenda,
 quam repellenda palam inituros; qua-
 propter Nuncio Apostolico id tantum in
 mandatis dedit, Volsæum Henrici VIII.
 clientem induceret, ut ipse in pacis fo-
 dere, quod inter utrumque Regem pro-

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

xime firmaretur, hanc duntaxat conditionem inferi juberet, ut hæc pax tamdiu subsisteret, quamdiu Galli cum Sede Apostolica conjuncti essent: rupta autem amicitia Anglis, prout bene visum fuerit, agere liceret. Valuit Volsæi conatus; ast Franciæ Deputati, Caletum inter & Ardrecinum habito cum Anglis oratoribus colloquio, præfatæ clausulæ omnibus viribus oblectabantur, ac quamplurimas proferebant foederum formulas, quæ inter utramque Nationem a Ludovici junioris regimine usque ad Ludovicum XII. sancita nullam sacræ Sedis mentionem ingesserunt. Ea de re Franciæ Oratores Lugdunum, ubi tum Rex agebat, quosdam ablegant, qui ampliorem agendi facultatem impetrarent: Ludovicus vero, ubi a suo Legato Londini commorante edocebatur, Anglos nunquam nisi adjecta hac conditione, foederis pacta firmaturos, Deputatos desistere jussit, spe fretus, se Henricum VIII. tractu temporis ad sua vota opportunius inclinaturum, ubi ille periculum, cui sese involveret, propius inspecturus esset.

§. XC.

*Papa Hispaniæ Regem ac Cæsarem
a Gallis avertere conatus.*

*Raynald. hoc
ann. c. 24.*

Nec hic steterè Pontificis molimina,
sed Ferdinandum quoque Hispaniarum

rum Regem ad rescindendam Gallorum societatem pertrahere, suisque studiis devovere conabatur: hinc solus adhuc ad sustinendam belli molem Julio deerat Maximilianus Imperator, quem, ut cum Venetorum Republica specialem pacem iniret, inducere tentabat. Minus tamen placuit Cæsari Papæ consilium; sperabat enim duplicem, eumque satis validum proximi belli nervum aliunde sibi suppeditatum iri; quippe a Galliæ Rege foederato suo pecunias, ab Imperio autem militum suppetias sibi pollicebatur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

Guic. l. 9.
Maria. l. 29.

§. XCI

Comitia a Cæsare Augustæ indicta.

Hanc in rem Imperator S. R. I. comitia Augustæ Vindelicorum celebranda indixit: ut vero a Gallis pecunias obtineret, Gurcensem Episcopum in Franciam ablegavit, qui tamen nonnisi mense Septembri eo delatus est. Interea Augustæ conventus Principum habetur, eo fine, ut a Germanis necessaria suppeditarentur subsidia; quorum tamen consilia, ut everteret, nil intentatum reliquit Pontifex, hacque de causa Nuncium ad Comitia decrevit, qui sese omnibus Maximiliani machinationibus opponeret, nec segniores Veneti clam suos decernebant Procuratores, qui S. R. I.

H 4

Prin-

Sæcul. XVI.
A. C. 1510

Principibus, atque Ministris in hoc conventu congregatis exponerent, sua plurimum interesse, ut Cæsaris consilia adversus Italiam capta præpedirent. Ea res longiorem quidem moram deliberationibus afferebat, nec tamen, quominus sententia Cæsaris voto propitia decerneretur, obstare poterat; Germanos quippe pristinam Imperii auctoritatem in Italia restituendi spes plurimum pellegerat; accessit etiam ad Cæsaris commodum potens Gallici Oratoris Ludovici Heliani favor; hic enim amplissima potestate instructus, in pleno Principum confessu tam vehementem, gravemque orationem adversus Venetos declamabat, ut hoc unico specimine se virum non minus publicis negotiis gerendis aptissimum, quam scientiarum laude insignem monstraret.

§. XCII.

Oratio Ludovici Heliani Franciæ Oratoris in Comitibus Augustanis contra Venetos.

*In append.
ad hist. Venet. Justin.
edit. Germ.
§ 10. 2. rer.
Germ. edit.
Freher.*

Percipiamus igitur, qua ratione Helianus in sua oratione consilia, artificia, atque media recenseat, quibus Veneti ad tuendum suum imperium usi fuerant. Bene, inquit Orator, ac religiose fecissent Veneti, si post multas civitates,

tes, ac regiones, quas aut Christianis ademerunt, aut ipsi Turcis per pactiones traderunt, aut occupare permiserunt, sanctissimam expeditionem quatuor Christianorum Principum in excidium Turcicæ gentis paratam excurrere passi fuissent. Hoc enim pacto & abolitionem veterum peccatorum a Deo promereri, & solidam gratiam a Principibus, Christianisque omnibus inire, & indelebiles victorias ab hoste referre potuissent. Nunc autem cum Christianos exercitus in Turcas, ad terram sanctam Jerusalem progredientes armis impedire maluerint, digni visi sunt, qui a Deo, & ab hominibus ferro & flamma, terra marique dispergantur. . . . Igitur cum Venetos accuso, defendo infinitos mortales, Italiam totam, multasque alias Provincias, a quorum faucibus in libertatem revocandæ sunt: defendo Christianos Orientales, quos ad manus Turcarum pervenire, ac in morem victimarum mactare permittunt: defendo Ecclesiam Romanam, ad quam subvertendam, ut ipsi sua desideria consequantur, vocare Turcas, & quasi manus porrigere videntur.

Postquam vero Helianus causas, ob quas Cameracense foedus initum erat, recensuit, statumque exposuit, ad quem Venetos redegerat clades, quam in ripa fluminis Abduæ perpeffi sunt, hæc addidit: *Inde ferociores facti multa ex his, quæ amiserant, recuperarunt, longe plura quam*

H 5 *unquam*

Sæcul. XVI.

A.C. 1510.

Exam. libert. Origin. Ratisbon.

1677. ad fin.

p. 197.

Sæcul. XVI. *unquam habuerunt, nisi providebatur, con-*
A.C. 1510 *secuturi.* Post hæc Orator Cæsarem his
 verbis alloquitur: *Nisi hujus venenosissimæ,*
ac resurgentis viperæ, dum adhuc titubat,
cervices perfregeritis, prædico vobis, quod
si non tam cito, at profecto quandoque, si
non vos, certe vestros Successores suo veneno
inficiet, ac spiris circumligabit.

His præmissis Orator enumerabat ur-
 bes ac Provincias, quas Veneti diversis
 Principibus eripuerant, ac præprimis re-
 ferebat, quod Dalmatiam, Croatiam,
 decem urbes Episcopales, pluresque por-
 tus maritimos Hungarorum Regi, Caraf-
 sis Patavium, Duci vero Mediolanensi
 Brixiam, Bergomum, omnesque urbes
 Abduæ flumini adjacentes abstulerint.
 Postea exposuit, quod iidem Ferrariæ Du-
 cem tota Peninusula Rhodigiana & Man-
 tuæ Marchionem e Piscaria Leoniaco, &
 Solone, aliisque propugnaculis expule-
 rint, imo ipsos etiam Austriæ Archidu-
 ces Tarvisio, Feltro, Concordia, Utino,
 & Tergeste ejecerint, ac denique Pon-
 tifici Forum Livium, Forum Cornelii,
 Faventiam, Ariminum, & Ravennam
 eripuerint, in Apulia vero Hydruntem
 & Brundisium interceperint. *Proh Deus*
immortalis! proseguitur Legatus, *quæ*
Carybdis, qui Oceanus tam vorax unquam
fuit, qui tot & tanta tam parvo tempore de-
mer-

mergere, ac deglutire potuerit. Vix bene Sæcul. XVI.
 sunt centum anni, quibus e suis paludibus in A.C.1510.
 continentem egressi sunt, & longe plura suis
 præstigiis, & sycophantiis circumscripserunt,
 quam Romani ducentis annis armis debellave-
 runt; capta autem Italia putatis illos quie-
 turos? num creditis illos animo, atque su-
 perba mente jam diu agitasse, quemadmo-
 dum Alpes transcenderent? ut Danubium,
 Rhenum, Sequanam, Rhodanum, Thagum,
 Hyberarum pontibus jungerent, & has in
 Provincias redactas exercitibus firmarent.
 Nescit Paterfamilias dives intra modestæ
 terminos se continere. Gens igitur in domi-
 cilio superbicæ nata, quæ omnisaria rerum
 copia superabundat, & multitudine Tyran-
 norum tota scatet, homines e colluvione, &
 face gentium in Veneticis paludibus congre-
 gati, piscatu primum viventes, deinde ex
 piscatoribus Institores atque naviculatores,
 ex his mercatores, ex mercatoribus per la-
 trocinia, per cædes, & venena, per nefan-
 dissima scelera pucherimarum rerum Domi-
 ni facti, se continebunt? certe nullo modo,
 sed si eos ita exacerbatos dimiseritis, si pau-
 lulum se collegerint, ac vires suas reassum-
 pserint, progredientur, excurrent, lon-
 giusque efferentur.

Demum Helianus Venetorum Tyran-
 nidem exaggerat, atque inter cetera in-
 quit: *Mare, quod omnibus gentibus com-
 mune*

Sæcul. XVI. *mune esse debet; suum esse dicunt, & sive*
A. C. 1510 *Mariti Thetydis sint, sive uxores Neptuni*
singulis annis, illud desponsant annulo in-
jecto. Arrogantia inaudita desponsare ele-
menta! demum quot naves illi prædones ex-
pugnaverunt? quot divites Mercatores de-
coquere, ac cedere bonis coegerunt? Quid
in terra agunt? longe pejus grassantur. Ita
sunt instituti, ut jam apud eos sit nefas con-
fiteri ac pœnitentiam agere de criminibus,
quæ pro Republica contra divinam Majesta-
tem commiserunt; talia crimina, quæ vix
in singulis reperiuntur, huic uni civitati pro-
pria vitia sunt.

Præterea eorum sævitiam redarguit, ac sermonem ingessit de solemnitate, qua Veneti singulis annis mare sibi desponsare solent, perinde ac si *Thetidis vel Neptuni conjuges* essent, unde hanc festivitatem tanquam insaniam, atque arrogantiam carpit, multisque exaggerat latrocinia & prædationes, quibus mare infestant, necnon sævitias, quas in continenti exercent; deplorat etiam eorum crudelitates, atque impudicitias, quæ liberrimo imperio Venetiis dominantur. Posthæc eis objectat oscitantiam, qua urbi Constantinopolitanæ a Machomete II. obsessæ opem ferre neglexerant, nec non indignam eorum asperitatem, qua Constantino Palæologo auxilia petenti responderunt.

derunt. Nec silentio prætereundam cen- Sæcul. XVI.
 fuit illorum repugnantiam, qua sese op- A. C. 1510.
 ponebant sancto Pii II. consilio, quo hic
 Pontifex foedus sacrum contra Turcas
 iniit; gravius eisdem exprobrat, quod ad
 Regem Calecutensem bellicorum tormen-
 torum operum inventores, machinatores,
 atque artium machinalium peritos sub-
 miserint, necnon Hollandos evocaverint,
 ut eorum ope Lusitanos a sinu Persico
 expellere possent.

Tandem Helianus orationem suam
 absoluebat his verbis: *Ipsi homines crude-
 lissimi omnibus cupiditatibus servientes pro-
 ponent vobis ante oculos commutationem for-
 tunæ, instabilitatem rerum humanarum, ac
 rationibus & exemplis conabuntur vobis cle-
 mentiam persuadere, animum vincere, ira-
 cundiam in victoria maxime cohibere, tunc
 Deum ac misericordiam ejus obtestari, ad-
 dent preces, addentque pecuniam, vos memi-
 neritis, sicut Ulyses fecit, istos Syrenum can-
 tus surdis atque obturatis auribus præterire.
 Audent tamen lugubri veste, torto col-
 lo, flebilibus oculis, submissaque voce pacem
 postulare. Audent dicere: vultis o Principes Ve-
 netias alterum Italiae oculum effodere ac delere,
 non est tam clementium Principum illos honestos
 Mercatores subvertere, nec quicquam comisi-
 mus, nec sumus digni tantorum Principum iræ
 Nihilominus perfringite illud obsta-
 culum*

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

culum, adæquate & obstruite hanc pestilentissimam mephitim ac sentinam, hanc voraginem & præcipitium omnium vitiorum. Vendicate & vos, & Christianum Orbem in libertatem, solvite vos a tanto metu. Eradicatè genus, num potestis esse tuti, si relinquitis eos, quibus Venetiæ, Istria, Liburnia, Corcyra, Cephalenia, Zacynthus, simulque Creta ac Cyprus adhuc supersunt? Patefacite istas execrabiles ac diras portas Venetianas, quæ tamdiu Christianos adversus Infideles progredi elaborantes continuerunt, ea igitur pietate, qua Julium Pontificem Maximum, qua Christianissimum nostrum Francorum Regem & Catholicum Regem Arragoniæ, Principes sapientissimos exactæ ætatis, & consummatissimæ vitæ, tres columnas Christianam Religionem suis humeris sustentantes esse videtis, eodem & vos, o Maximiliane Auguste, o Proceres, & civitates Imperii Romani, prima sustinendæ libertatis, ac Religionis columna, & animo, & pietate esse debetis: nam nisi illi vidissent excidium, ac ruinas a Venetis, & a Turcis imminere Christianis, nunquam profecto adversus eos arma tam justa, tamque pia sumpsisset.

§. XCIII.

Cæsarei hac oratione expugnati.

Hujus orationis vehementiæ optatus collusit successus; quippe paulo post non

non modo pro Venetis perorare interd-
 ctum fuit, sed & ipsi per Cæsaris edictum
 imperio proscribebantur: Maximiliano
 autem trecenta ferme aureorum millia in
 subsidium adversus Venetos promissa fue-
 re. Helianus quoque, comitis ita ab-
 solutis, Budam profectus, Hungariæ Re-
 gem, ut Cameracensi foederi nomen da-
 ret, induxit, spe facta, quod Dalma-
 tiam sibi a Venetis ereptam recuperatu-
 rus esset: attamen quamvis bellum Ve-
 netis nunciasset, id tamen intulisse haud
 videtur.

§. XCIV.

*Veneti Veronam recuperare nequid-
 quam moliti.*

Nihilominus Venetorum Senatores pro-
 speris successibus elati, spretis Re-
 gis Hungariæ minis Veronam ex insidiis
 capere decernebant, audaciam stimulan-
 te hujus urbis civium seditione, qua hi
 in Germanos acrius concitati, una om-
 nes jugulare statuerunt, ac præprimis
 exploratæ fidei Virum ad Senatum ab-
 legarunt, qui cum Senatoribus de ratio-
 ne Venetorum copias in urbem immit-
 tendi ageret; cum autem murorum al-
 titudine minus accurate descripta, sca-
 læ, quæ parabantur, Fastigium minime
 attingerent, mora temporis, quo duæ
 in

Sæcul. XVI.

A.C. 1510

Guic. 1. 9.

Marian. lib.

30. n. 3.

Sæcul. XVI. in unam conjungebantur, nec non laborantium strepitus præsidariis saluti fuit, qui rem edocti, arma capeffendi opportunum nacti sunt temporis spacium; protinus igitur Marescallus Calvimontius obsessis in opem accurrit; quamvis ejus solertiam præceps Venetorum fuga eluserit; hi enim veriti, ne, si hostium turmæ a tergo, atque a fronte instarent, ipsi undique cincti impetum reprimendo impares essent, nec adventum quidem Gallici auxilii sustinentes, pedem referebant. Posthæc cives, qui Venetorum ingressum in urbem promovere conabantur, capti, quæstioni subjiciebantur, crimenque confessi, pro Germanorum more rotæ supplicio mulctabantur.

§. XCV.

Prætensa Sedis Apostolicæ jura a Julio contra Ferrariæ Ducem suscitata.

Sinistro Venetorum successu, ac Gallici exercitus prosperitate territus Papa, pacem conciliare peroptabat; haud enim ignorabat, Cæsarem Ludovico immota fide adhæsurum, necnon Regem Helvetiorum quidem præsidio frustratum esse, utpote qui Gallorum stipendia recusabant, facile tamen auri spe captos ad signa reversuros: considerabat etiam, Henricum VIII.

VIII. Angliæ Regem cum Rege Christianissimo foedus innovasse; igitur harum rationum pondere permotus Pontifex, Carpiensem Comitem, quem toto abhinc tempore, quo Romam venerat, audire neglexerat, ad alloquium admisit, haud obscure eidem significans, velle se integra fide cum Galliarum Rege in gratiam redire. Postquam vero intellexerat, quod Angliæ Rex Sedem Apostolicam in foedere suo comprehendisset, haud dissimulanter sese Gallis adversari monstrabat, atque Alphonso Estensi, seu Atestino Ferrariæ Duci, qui Ludovico Regi amicitia, ac foedere junctus erat, litem movebat; quamvis crimen, quod eidem objectabatur, nec illatam ipsi vexationem, nec Pontificis indignationem promereri videretur. Percipiamus autem hujus contentionis occasionem.

saecul. XVI.
A.C. 150.

Abundabat Ferrariensis ditio Salinis, quæ Duci copiosos suppeditabant proventus, nihilominus alias ejusmodi salinas ad maris ripam prope Comaciensem urbem construi jussit; unde haud leviter imminuebantur redditus, quos Papa ex suis salinis Cerviæ in statu Ecclesiastico sitis percipiebat; quapropter Sanctitas sua Duci significari præcepit, Comaciensem salinem haud aliis, quam sibi subditis divideret, nec Cerviensis salis commercium

Maria. l. 29.

n. 97.

Jul. 11. l. 99.

Bull. secret.

p. 137.

Raynald. hoc an. n. 15.

Hist. Eccles. Tom. XXXII. I inter-

Sæcul. XVI. interciperet, potissimum eo nomine, quod
A.C. 1510 jam anno Domini millesimo quadringen-
 tesimo tertio Albertus Estensis Ferrariæ
 Princeps cum Republica pacem iniisset,
 pacta ea conditione, ne deinceps sal in
 Comaciensibus salinis conficeretur, sed
 ejus subditi sal a Cerviensibus emerent:
 his addebat, quod Alphonfus hujus no-
 minis tertius solo eo nomine interdictas
 hasce salinas restaurasset, eoquod cum
 Venetis bellum gereret; id tamen absque
 præjudicio Sedis Apostolicæ attentare
 haud potuerit, utpote ad quam Veneto-
 rum jura hac super re devoluta fuerant.
 Aliunde Alphonfus cunctis mercibus,
 quæ Venetiis per Padum devehebantur,
 demumque per universam Italiam distra-
 hebantur, nova tributa, ac vectigalia im-
 ponebat. Hæc tota erat ratio, ob quam
 Dux omnem Pontificis, qui aucto-
 ritatis suæ tenax, ac suapte ad iram val-
 de pronus erat, indignationem in caput
 suum accerlebat (*).

§. XCVI.

(*) *An hæc unica atque adeo levis fuerit Ponti-
 ficis indignationis causa, benevolus lector apud
 Raynaldum Odoricum loc.cit. ex Brevi Apostolico
 comperiet; Politicorum autem judicio relinqui-
 mus, an boni Principis partes expleret ille, qui
 jus quoddam sui status acquisitum negligeret cum
 dispendio annuo XXV. millium Ducatorum.*
 Vak!

§. XCVI.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.*Ducis Ferrariensis vindiciæ adversus
jura Pontificis.*

Nec tamen Alphonso, quæ Pontifici *Raynald. hoc*
responderet, deerant, exposuit enim, *an. n. 15.*
Prædecessores suos non nisi ad septuagin-
ta annos cum Venetis ejusmodi pacta
sanxisse, jamque anno millesimo quadrin-
gentesimo septuagesimo tertio hujus ser-
vitutis terminum exspirasse, si vero Res-
publica diutius hoc jure potita fuisset, id
injustitiam, manifestamque usurpationem
redoleret; se Mercatoribus Cerviam ire
haud prohibere, cum alias, si ipse eos ad su-
am ditionem tam frequenter, tamque copi-
ose adventantes arceret, propriæ suæ uti-
litati inimicus foret; de cetero se hujus
concursum auctorem non fuisse, sed eun-
dem morem sub primis Ducatus sui au-
spiciis introductum reperisse, eumque,
cum a Patre suo ad se derivatum nosset,
etiam ad posteros suos transmissurum,

I 2

addit-

*Vah! quam acri ferula a Continuatore vapula-
ret aliquis Pontifex, qui ejusmodi juri adversus
quemdam Principem derogare præsumpsisset;
quam justam bellicaußam Princeps habere dicere-
tur, qui tale jus denuo vindicaret; ast jam crimen
est id omne, quod Pontifex jure facit, ex eo quia
Pontifex est.*

Sæcul. XVI. additque, quamvis sui Prædecessores Fer-
 A.C. 1510. rariæ statum a Sede Apostolica non nisi
 beneficiario nomine accepissent, nihilo-
 minus præter summos Pontifices, adhuc
 aliis Principibus eos fuisse obnoxios; il-
 los enim in jure aliarum trium ditionum,
 nimirum Mutinæ, Regii, & Comacii a
 Cæsare fuisse confirmatos, proin non esse
 Pontificis, sed Maximiliani controver-
 sa Comacii jura discutere, denique se
 vectigalia mercibus, quæ adversum Padi
 flumen subeunt, imposuisse, eo quod Fer-
 rariæ Princeps esset, in hanc vero ditio-
 nem Pontificibus nullum aliud jus suffra-
 gari, præter onera ex inaugurationis le-
 ge præscripta, quibus teneretur certo mi-
 litum numero Ecclesiæ militaria servitia
 præstare, ac quotannis in recognitionem
 directi domini canonem pendere; de ce-
 tero summos Pontifices nunquam refra-
 gatos fuisse vectigalibus, quæ Neapolita-
 ni Reges, qui non minus, quam Ferrar-
 riæ Duces Sedis Apostolicæ Vasalli essent,
 imposuissent, proin & his, licet sacra Se-
 des invita foret, paria privilegia esse as-
 ferenda (*).

§. XCVII.

(*) *Observes velim, benevole lector, Conti-
 nuatorem allegasse Odoricum Raynaldum tan-
 quam responsi hujus vadem, ab hoc autem ne uni-
 sum quidem verbum hanc in rem referri; ejusmo-
 di*

§. XCVII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

*Papa Duci anathema bellumque
minatur.*

Hæc Alphonsi repugnantia merito sum-
mi Pontificis indignationem provo-
cabat; quocirca, ni protinus morem ge-
reret, eidem anathema comminatur, ut
que majorem Duci terrorem incute-
ret, in Romandiolam, atque Bono-
niam copias adduxit; qua re comperta
Ferrariensis Dux Galliarum Regis opem
implorabat, qui eundem mox in fidem
suam recepit: Papa vero, quod res erat
suspicatus, graviter, palamque conqu-
ritur, Ludovico exponens, eum a Came-
racensi foedere descivisse, quo cautum es-
set, ut Sedis Apostolicæ jura, dignitates,
ac prærogativæ a foederatis Principibus
quovis pacto sustinerentur, nec ii quo-
cunque ex prætextu Ecclesiæ clientum
patrocinium susciperent; ex adverso Gal-
liarum Rex Julium primo violati foederis
postulabat, eoquod admissis Venetorum
Deputatis anathema in eos vibratum sol-
visset, priusquam Imperator totam con-
tinen-

Raynald.

n. 12.

*Paris de
Grass. in ad.
confist. t. 3.*

Guicc. l. 9.

*Jul. II. Bull.
70. p. 41.*

I 3

tinen-

*di autem fingendi facilitas, quam solemnis sit
Continuatori, sedulus lector facile deprehendet,
si levi etiam brachio Scriptores ab eo allegatos
consulere non pigebit.*

Sæcul. XVI. A C. 1510. tinentis partem recuperasset, denique cederatos ad graviora, quam pacti legibus præscriptum, adstringere, omnino æquitati dissonum esse ajebat, præterea Ferrariensem, consentiente ipso Pontifice, foedere fuisse comprehensum, proin eum tueri, cederatos obstringi dicebat.

§. XCVIII.

Gallarum Rex cum Cæsare in Papam conspirat.

Raynald.
num. 16.

Ergo Julius, quod propriis viribus obtinere desperabat, sociorum auxilio assequi conabatur; Ludovicus vero, cum Papam Ferrariensi arma illaturum prospiceret, ut Pontificis copias aliorum distraheret, novos tumultus suscitare satagit. Ergo collatis cum Maximiliano consiliis statuit, quod ineunte mense Majo hinc Galli, illinc Germani omnes continentis urbes, quæ adhucdum Venetorum imperio parebant, infestis armis adorirentur; Cæsar vero Forum Julium, si illud suis duntaxat copiis expugnaturus esset, sibi soli, nulla illius parte Regi data, vindicaret, pari quoque jure cuncta solis Gallorum armis in continenti parta eisdem cederentur: Si tamen belli necessitas utriusque Nationis exercitum conjungere suaderet, occupata inter se dividerent, pro parte laboris, quem ad victoriæ successum quis-

quisque contulisset, ita tamen, ut Gal-
liarum Rex rei tormentariæ impendia so-
lus sustineret.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

§. XCIX.

*Legationes Cæsaris ad Papam, Re-
gemque Catholicum.*

Annuit hisce conditionibus Cæsar, mox-
que suos Legatos ad summum Pon-
tificem, Regemque Catholicum decrevit,
qui ab Hispano juxta Cameracensis fœ-
deris pacta suppetias, a Julio autem du-
centa aureorum millia mutua peterent,
quæ dare si renueret, nunciarent, Im-
peratorem Vicentia Romam iturum, ibi-
demque Imperialem coronam receptu-
rum. Ferdinandus, cum Maximilianum
minoris haberet, fastidiose hæc respondit:
Exspiravit fœderis tempus, eo quod fœ-
deratorum quilibet, quæ petebat, jam-
jam recuperasset, si vero Cæsar partem
suam, quam non minus, ac ceteri occu-
pavit, tueri neglexit, id non alienæ, sed
propriæ culpæ adscribat. Nihilominus ex
sola benignitate pollicebatur Ferdinandus,
quod ad augendum Cæsaris exercitum,
quam primum Vicentiæ montes superaf-
set, quadringentos Equites submittere ve-
lit. Oblata acceptat Legatus, ampliora
obtinere desperans. Magis propositi sui
tenax erat Pontifex, qui nullo dato re-

Sæcul. XVI
A. C. 510

sponso Maximiliani Legatum valere iussit, imo animo etiam constituit, cum Ludovico Rege in gratiam redire, dummodo ille jura, quæ in Genuam, & Neapolis Regnum habere contenderet, missa faceret, omnesque copias suas ex Italia revocaret, ac denique Alphonsum Ferrariæ Ducem, usquedum Comacium reliquisset, tueri cessaret. Verum cunctis hisce conditionibus rejectis, Ludovicus totus in eo erat, ut bellum pararet.

§. C.

Vicentia a Germanis, & Gallis obsessa captaque.

*Mocenico
belli Camerac.
lib. 3.*

Ergo uterque exercitus castra movet, atque Anhaltensis Comes, cui Cæsar nomine suo supremum exercitus imperium in Italia detulit, in Veronensi agro quingentos lancearios, peditesque mille contraxit, quibus accesserunt mille quingenti cataphracti, peditumque decem milia, Ductore Calvimontio Marefcallo: Dux quoque Ferrariensis ducentos miserat cataphractos, & quingentos levis armaturæ equites, additis duobus peditum millibus. Hæ copiæ, Pado flumine trajecto, nemine obsistente Peninsulam Rhodigianam occupant, inde Castelli-Padi Athesin superantes Montanianam Athesiam, aliasque Patavini tractus urbes in deditionem acci-

accipiunt, demum vero recta Veronam contendunt. Veneti interea, cum viribus suis diffisi urbem tueri posse desperarent, continuo pedem referebant, unde Vicentini nequidem obsidionis initium sustinentes, missis ad Anhaltensem Comitem clavibus, urbem dederunt. Equidem Comes cunctos incolas, ipsosque præsi-diariorum jugulari decreverat, præsi-dii Germanici anno priori ab eis expulsi injuriam ulturus; ast Marescallus Calvimontius magis humanus, miseris vitæ gratiam exoravit: hi tamen, quamvis urbis suæ deprædationem centum aureorum millibus redemissent, mediamque hujus summæ partem mox numerassent, nihilominus eorum domus exspoliatae fuerunt, imo & illi, qui in quadam caverna prope urbem primo Victorum furori sese subduxerant, fumo suffocati perierunt, Germanis ad cavernæ ostium ignem succendentibus.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

§. CI.

Cardinalis de Ambasia obitus.

Parta hac victoria, potissima Germanorum pars deficiente ære militari signa deserebat; unde Calvimontius Patavina obsidione frustratus, nonnisi Leoniacum cingere poterat, quod etiam subegit, hac urbe interjecta Vicentinis aditum

*Petr. de Ang. epist. 338.
Vita Card. Amb. apud Bayard. c. 40.*

I 5 ad

Sæcul. XVI. ad Ferrarienses & Brixienſes intercluſurus: paucis vero poſt diebus arcem quoque

A.C. 1510

Marian. lib.

29. n. 101.

Cl. Seyſell.

vit. Ludov.

XII.

Ciacon in

Jul. II.

occupavit. Ibi Calvimontius Cardinalis Ambaſiani patruſi ſui obitum percepit, triſte prorfus familiæ ſuæ fatum, ſpectata vero temporis, quo contigerat, viciffitudine longe funeſtius ipſi Galliarum Regno accidit. Is equidem nonniſi mediocri præditus erat ingenii acie, ſcientiæ tamen defectum ſupplebat virtutum eminentia. Excellebat enim ſumma animi æquitate, qua pacate opportunum rem aggreſſendi tempus præſtolari noverat, nilque factu difficile reputabat, quam illud quod a nemine fieri poterat. Mortuus eſt

Spon. ad an.

1510. n. 4.

Lugduni die vigefima quinta Maji (*) in Cæleſtinorum monaſterio annos natus quinquaginta. Præcipue in eo commendatur, quod ipſe, quamvis ſumma in Regno valeret auctoritate, ac primi Miniſtri dignitate ac ſpeciali Regis favore inſignis eſſet, proin ad plura, eaque ampliffima quæque beneficia aditum ſibi pandere potuiſſet, nihilominus ſola Archiepiſcopali Eccleſia ſua contentus viveret; hujus Viri ſuaſu Rex Rothomagenſe tribunal, quod *Scacarium* Normanni vocabant, cujuſque jurisdictione antea urbs regebatur, in Parla-

lamente

(*) *Perperam Odoricus Raynaldus, Onuphrius, & Cabrera hujus Cardinalis obitum ad annum ſequentem rejiciunt.*

lamentum perpetuo stabilitum commuta- Sæcul. XVI.
 vit; præterea Ambasiani munificentiæ A.C. 1510.
 urbs fontibus, campanis, foris, pluri-
 busque aliis ædificiis exornata fuit; non
 nisi tertiam Ecclesiæ suæ reddituum par-
 tem sibi vendicabat, ceteris duabus, jux-
 ta veterum Canonum morem, pauperi-
 bus, ac fabricæ Ecclesiæ relictis. Nec
 tamen propterea templa ornare, mona-
 steria condere, Xenodochia ditare neg-
 lexit, & ut paucis cuncta dicam, omnia
 pietatis exercitia promovit, quæ ad glo-
 riæ divinæ incrementum, & gregis sui
 sibi semper carissimi emolumentum con-
 ferre censebat.

Ferunt, eum nunquam a Rege Do-
 mino suo gratiam petiisse, ea vero dun-
 taxat acceptasse munera, quæ si recu-
 sasset, Regis indignationem incurrere vere-
 batur. Summopere Viros scientiarum lau-
 declaros fovebat, & quamvis ambitionem
 suam, qua aperto studio ad Pontificatus
 fastigium adspirabat, haud dissimulare po-
 tuerit, palam tamen professus est, se ideo
 Papatum appetere, ut præter Regis sui
 commodum, quod promovere unice in-
 tendisset, etiam restaurandis Clericorum
 moribus, ac innumeris abusibus ab Ec-
 clesia eliminandis, quibus opportuno re-
 medio occurrere summi Pontifices negle-
 xissent, omnibus viribus adlaborare pos-
 set.

Sæcul. XVI. set (*). Verum de Viro hoc non eadem
A.C. 1510. erat omnibus opinio. Ceterum haud
omittamus singulare animi ejus a quæ-
stus studio alieni specimen; cum enim vir
nobilis quidam patria Normannus posses-
sionem haberet nemori Gallionæo ad Ec-
clesiam Rothomagensem pertinenti con-
tiguam, Cardinali proposuit, se,
cum egestate laboraret, illam ei vili pre-
tio venditurum, ut ex redacta pecunia
dotem filiæ nubili constitueret. Enimve-
ro quisunque alius fors adeo opportu-
namprehendisset occasionem; ast Archie-
piscopus rationem oblatæ venditionis e-
doctus, prædium huic Nobili intactum
reliquit, summam vero pecuniæ, quanta
collocandæ nuptui filiæ satis esset, eidem
sine scenore numerari fecit. Præterea ex
suis supremæ voluntatis tabulis luculen-
tum charitatis, atque animi a propinquo-
rum affectu alieni exemplum elucet, il-
lis quippe auctor fuit, ut nunquam sese
publicis ingererent regni negotiis, ne ho-
noris, ac conscientiæ suæ discrimen sub-
eant; doluit summopere, semetipsum his-
ce negotiis illud tempus consecrassè, quod
tamen ovium suarum institutioni impen-
dere

(*) Paulo ante Continuator in Julio Papa
acriter carpebat hanc ambitionem, cui tamen
nunc allata excusatio magis accommodari po-
tuisset, quam Ambasiano Cardinali.

dere debuisset. Cor ejus depositum fuit Lugduni in Ecclesia Coelestinorum, ubi ad latus dextrum aræ Principis hodie vera illius effigies visitur: Cadaver autem Rothomagum delatum jacet in tumulo retro ad chorum templi Cathedralis, ibique Epitaphium quatuor versibus latinis expressum hodieum legitur (*). Ipse quoque Ludovicus Rex illius exequias præsentia sua honorabat, Viri jacturam non sine magno luctu deplorans. Ejus obitu dissidia Papam inter & Regem componenda continuo credebantur, Julius vero non modicam exinde concepit lætitiâ, eamque adeo dissimulare non poterat, ut illam etiam coram Oratore Veneto testatam faceret.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

Bembol 10.
Mezer. Synop chron.
vit.
Lud XII.
t. 4. p. 171.

§. CII.

Papa relictas Cardinalis pecunias sibi vendicans.

Ceterum ex hujus Cardinalis morte jur-
giis Ludovici Regis adversus Ponti-
ficem novum accessit augmentum; Am-
basianus enim, ut fertur, trecenta ferme
aureo-

Belcar. rer.
Gallic. l. 12.
num 3.

(*) Hæc Inscriptio ita sonat:

Pastor eram Cleri, populi Pater, aurea sese
lilia subdebant, Quercus & ipsa mihi.
Mortuus en jaceo, morte extinguuntur honores,
At virtus mortis nescia, morte viget.

Sæcul. XVI. aureorum millia reliquerat, cum igitur
A. C. 1510. has pecunias spoli jure postularet Pontifex, Rex vero negaret, novum indignationis, vel saltem querelæ argumentum Julio inde enatum est (*).

§. CIII.

Novum Fœdus Cæsarem inter & Galliarum Regem.

Ferron. in Lud. XII.

Sub idem tempus ambo exercitus ex Germanis, Gallisque conflati continuis velitationibus Venetos in Patavino ac Vicentino agris fatigabant, ac nonnullas urbes ad deditionem compellebant, interea vero Cæsarei exercitus, qui lentius incedere videbatur, adventum præstolabantur. Ceterum Maximilianus non ita pridem novum cum Ludovico Rege fœdus pepigit, quo cautum, I. Galliarum Rex non nisi ordinarios belli sumptus penderet; II. Calvimontius in Veneta continentis ditio- ne usque ad decimam quintam Augusti hæreret, indeque nonnisi evoluto hoc temporis intervallo Galliarum copias educeret; III. Ludovicus Maximiliano cen- tum

(*) Cum hic Cardinalis Lugduni in Galliis mortuus fuerit, ibidemque Papis, eorumque Legatis, nequidem decimas pro bello Turcico colligere licuerit, quis credat, Papam tam opima spolia petare ausum?

tum aureorum millia mutua daret, ea lege, ut hic Veronam pignoris loco cederet, donec parem Regi summam rependisset. Hujus foederis pacta ex urbe Parisiensi delata fuere ad Calvimontium, eo ferme tempore, quo is ad suam Præfecturam rediturus, sese itineri accinxerat, igitur hæc pacta exequi jussus, Anhaltino Comiti significavit, velle se copias suas Cæsareis jungere, ut ambo urbem, quæ ei magis expedire videretur, junctis viribus aggredierentur. Opportune etiam Dux Thermensis quadringentos Lancearios ex Hispania adducebat, quos Rex Catholicus ex lege Cameracensis foederis suppeditabat; igitur hisce suppetiis aucti, an ex sententia Maximiliani Patavium obsideretur, deliberarunt; verum præplacuit, Montem Selicem, exiguam urbem Athesin inter & Patavium sitam adoriri.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

§. CIV.

Urbs Montis Selicis a foederatis obsessa, captaque.

Attamen infausta erant hujus obsidionis auspicia; tot enim ex foederatorum exercitu desiderati sunt milites, ut nil propius erat, quam quod obsidio solveretur. Acuit tamen oppugnantium constantiam ulciscendi libido, quippe Crittus Sonzinum Benzonem ab exploratoribus captum

Bembol. 10.
Guicc. 1. 9.

Secul. XVI. ptum laqueo suspendi iussit, supplicio
A.C. 1510. proditoribus debito, eoquod Cremam pa-
 triam suam, accepto unius Cataphracto-
 rum centuriæ pretio, hostibus tradidisset, cum vero Sonzinus peditum Præfectus sub Gallorum signis militasset, Calvimontius Montis-Selicis obsidionem omnibus viribus urgere statuit, ut Sonzini mortem præsidiariorum exitio ulcisceretur. Ergo die vigesima prima Junii copias suas ad assultum educit, factaque impressione Venetos, qui primum tuebantur munimentum, tanto furore propulsavit, ut turbatis omnium animis ad alterum propugnaculum confugere cogerentur, verum adeo presso pede hostis fugientium tergis instabat, ut obsidentes Venetis intermixti, ac conferti una omnes in munimentum, & continuata insequentium rabie in tertium etiam aggerem penetrarent, turrinque ingrederentur: tandem vero editissimum arcis propugnaculum, ad quod præsidarii milites sese receperant, igne succenderunt, cunctosque ibidem morantes flammis absumpserunt. Hæc postrema erat hujus exercitus expeditio, qua absoluta Germani Tarvisium reduci postulabant: cum vero jam sexta effluxisset septimana, atque hic idem terminus esset a Cæsare foederis lege pactus, nec tamen de Maximiliani adventu notitia haberetur, Calvimontius

Sæcul. XVI.
A C 1510.

montius cum copiis suis Mediolani Ducatum petiit; Ducis enim hujus præsentia ad alia negotia satis necessaria erat, Anhaltino tamen Comiti trecentos Lancearios, totidemque pedites, quos desideraverat, reliquit.

§. CV.

Pontificis copiarum adversus Ferrariæ Ducem.

Interea Julius II. cum a Gallis bello peti prospiceret, Mantuani Ducis, ut illum sibi devinciret, libertatem a Venetis efflagitabat, nec incassum; Dux enim die decima quarta Julii recuperata libertate e custodia dimittebatur: cum vero bellum sibi a Gallis inferri timeret Pontifex, ipsius jussu Urbinatis Dux ejus Nepos in Ferrariæ Ducis ditiones arma intulit, quorum tamen successus sub primis belli auspiciis haud adeo secundus erat; quippe Urbinatis Dux primo exiguis quibusdam oppidis, quæ in itinere offenderat, occupatis, demum Lugonum cinxit; at cum Castellio Gallorum Præfectus, qui in Longobardia cuidam agmini imperabat, obsessis cum trecentis Lanceariis prompto auxilio adesset, urbemque die vigesima nona Julii ingrederetur, hujus adventus tantum terrorem in hostes effudit, ut Urbinatis Dux Gallorum co-

Hist. Eccles. Tom. XXXII. K piis

Sæcul. XVI. piis resistendo impar, præcipiti consilio
 A.C. 1510. obsidionem solveret, ac celeri fuga For-
 rum Cornelii velut ad tutum asylum sese
 reciperet.

§. CVI.

Ferrariæ Dux amissa recuperat.

Marian. lib.
 29. n. 98.

Nihilominus Ferrariæ Dux, quæ ami-
 serat, paulo post recuperabat; cum
 enim Urbinatis Dux sese recipiens secum
 præsidiarios eduxisset, urbes horum me-
 tu solutæ in pristini sui Principis fidem
 redierunt; verum, cum Pontificis exer-
 citus, Castellione ad sua redeunte, hosti-
 li validior esset, eorum, quæ ceperat, par-
 tem recuperavit, quin etiam Papiensis
 Cardinalis quorundam civium opera,
 quibuscum secreta fovebat consilia, Mu-
 tinam Pontificis nomine subegit; Ran-
 gonenses etiam ultro portas aperiebant
 Pontificiis, ac ipse Ferrariæ Dux vix non
 Regium amisisset, nisi opportuno suorum
 præsidio, ac ducentis Lanceariis, quos ipsi
 Calvimontius submiserat, illud firmasset.

§. CVII.

*Helvetiorum irruptio in Mediolani
 Ducatum.*

Marian. l. 29
 n. 99.

Nec dubium, quin ipse Calvimontius
 in Ferrariæ Ducis auxilium accur-
 risset, nisi ejus curam occupasset irru-
 ptio

ptio Helvetiorum, qui in Gallos concitati, quod neglectis eorum popularibus Grifones ac Germanos ad sua arma vocassent, ferme quadraginta armatorum millia in finibus Ducatus contraxerunt, vindictam suam in Mediolanenses exoneraturi; hos Papa æque ac Veneti propriis suis sumptibus aiebant, solusque Pontifex octo Helvetiorum millibus stipendia numerabat; ambo enim spe freti erant, se hujus Nationis ope Gallos ex tota Longobardia, imo & ex omnibus Italiæ finibus propulsuros, ac Mediolani Ducatum Maximiliano Sfortiæ, quo exutus erat, denuo asserturos.

Sæcul. XVI.

A.C. 1510.

§. CVIII.

Helvetii re infecta reversi.

Equidem Calvimontius Marefcallus Petr. de Antiquaria ep. 454 quantocius Eporediensem Comitatum copiis obsedit, Helvetiis aditum per *Augustæ Prætoricæ* vallem interclusurus; at hi, cum Bilitione sese congregassent, haud obscure monstrabant, quod Mediolanensem Ducatum invadere pararent. Eadem urbs subalpina, quam Tincinus alluit, olim præfato Ducatui conjungebatur, nunc vero Uriensi, Suitiensi ac Sylvenienti Pagis subditur, Anno autem millesimo quingentesimo ad Helvetios transferebatur, cum Mediolanenses

K 2

alie-

Sæcul.XVI alieno imperio parere cœpissent. Igitur
A.C.1510. Helvetii die sexta Septembris in Medio-
lanensem Ducatum irrumpentes, haud
procul a Castellione castra metabantur:
Calvimontius, qui totus in eo erat, ut
eorum iter vel impediret, vel saltem re-
tardaret, omnem militum annonam, e-
quorumque pabula, quæ in tutum locum
transferre haud poterat, flammis absumi
iussit, nec tamen propterea Helve-
tiorum irruptionem in Mediolani Duca-
tum præpedire valuit; hi enim duo mil-
lia peditum Vasconum a ponte Vedano,
quem illi sub Barone Molardo tueban-
tur, propellunt, sicque sibi expeditum i-
ter *Centurionem* usque aperiunt, inde ve-
ro Novocomum progrediuntur a Civibus
ultra recepti, ut spontanea deditioe præ-
dationis furorem redimerent; nihilomi-
nus cum Helvetiorum copię tam anno-
næ, quam pecuniæ inopia laborarent,
fuscitato tumultu in tam apertam sedi-
tionem eruperunt, ut discedere, ac Billi-
tionem redire decernerent, quod & effe-
ctui dederunt, nullo pacto retineri su-
stinentes.

§. CIX.

Verona a Venetis obsessa.

Guic. l. 8. Ceterum Venetorum Senatores spem
concipebant, se egregium quoddam
faci-

facinus adversus Gallos aggrediendi
 spacium nacturos, dum illis interea Hel-
 vetii aliquamdiu negotium facefferent;
 quapropter Lucæ Malvezzio, quem, Ba-
 lione exauctorato, copiis præfecerant, in
 mandatis dabant, ut urbes ad initium
 belli a fœderatis captas recuperaret, de-
 mum vero Veronam cingeret; Recense-
 bat Malvezzius in suo exercitu octingen-
 tos cataphractos, equitum leviter arma-
 torum tria millia, necnon peditum decem
 millia, haud computatis Venetis militi-
 bus indigenis, qui licet non nisi rustici
 essent, pari tamen studio Venetorum sti-
 pendia merebantur, perinde ac si sibi so-
 lis Reipublicæ summam gerere incumbe-
 ret. Necdum Mensis September evol-
 vebatur, cum jamjam Venetorum exer-
 citus Montem-Selicem, omnesque, quas
 Cæsarei in Patavino, ac Vicentino tractu
 occupaverant, urbes, ipsamque Vicen-
 tiam recuperaret: demum vero Veneti
 Veronam juxta militaris disciplinæ leges
 obsidere cæperunt: nihilominus Calvi-
 montii conatibus denuo reservabatur
 gloria, ut Venetos obsidionem solvere
 compelleret, quamvis eam illi tota vi-
 rium contentione urgerent, jamque su-
 peratis omnibus munitionibus extra mu-
 ros constructis, arcem S. Felicis, vici-
 numque aggerem tam crebris ruinis dif-
 cuterent, ut obsessi illam diutius tueri de-

Sæcul. XVI.
 A.C. 1510.

Guicci. l. 8.

Sæcul. XVI
A.C. 1510.

sperarent; opportune tamen adfuit Calvimontii auxilium: Hinc animus crevit obsessis, egressique porta, tanto furore obsidentibus inferunt signa, ut potior Venetorum pars fuga dilaberetur, reliquis misere trucidatis, demum erecti deiciuntur aggeres, tormenta bellica adactis clavis obstruuntur, & ipse Malvezzius consentiente Senatu obsidionem solvit, funestis totius exercitus reliquiis ad S. Bonifacium infra Albejum flumen sese recipientibus, ubi tamen in quodam loco, tam fluvii, quam paludum opportunitate munitissimo tam valide sese cingebant, ut impune cunctos hostium impetus eluderent.

§. CX.

*Iterata sed frustranea Pontificis
molimina adversus Ge-
nuenses.*

Equidem frigoris asperitate jamjam imminente milites ad hyberna dimittere oportuisset, attamen Papa bellum continuari peroptabat, quippe nec Helvetiorum reditus, nec sinister contra Ferrariam ac Genuam armorum successus ejus animum fregerat; unde Gallos ab urbe Genuensi propulsare decrevit, spreto quorundam monitis, qui suggerebant, Gallos rebus suis intentos sibimetipsis
fat

sat prospexisse adversus clandestina, quæ ^{Sæcul. XVI.} Papa intra urbem foveret, commercia, ^{A.C. 1510.}
 necnon publica, quæ deforis in eos
 cuderentur, molimina ipsis comperta
 esse: exponebant insuper summo Ponti-
 fici, quod classis Gallorum in Ge-
 nuensi portu hæeret, urbsque validissimo
 præsidio munita esset: nihilominus insu-
 perhabitis hisce rationibus Papa obfirma-
 to animo Venetis dissolutionem foederis
 comminatur, nisi navalem exercitum, qui
 Padi Ostia tuebatur, submitterent. An-
 nuunt illi, quamvis inviti, classisque im-
 perium ex Julii sententia Casparo Conta-
 rino deferunt. Igitur novus ille Præfe-
 ctus factis velis in altum procurrens, ad
 Civitatem veterem appulsus est, ab ipso-
 met summo Pontifice exceptus, qui iti-
 dem in eadem urbe prætorix navis ve-
 xillum solito ritu sacrabat. Solemnitas
 adeo publica Calvimontii notitiam haud
 effugere poterat, unde Pregentio, quid
 in hac rerum vicissitudine ageret, jussa
 dedit, ille autem, cum classem suam ho-
 stili longe inferiorem nosset, veritus, ne
 invaderetur, maluit in Portu-Veneris tu-
 tum asylum quærere, quam in Genuen-
 sium portu inclusus hæere. Ast Conta-
 rinus eo usque Gallorum classem insegui-
 tus, nil intentatum reliquit, ut Gallos ad
 navale prælium in alto mari committen-
 dum provocaret; verum incassum omnia,

Sæcul. XVI
A. C. 1510.

unde hunc portum prætervehi compul-
sus, versus Genuam vela protendit, ubi
Fregosiorum factionem abs moræ dispen-
dio arma sumpturam sperabat Pontifex:
Aft inexpectatum erat omnibus ocium;
quippe concepta de civibus fide, cuncti
in ædibus suis sese continere jubeban-
tur, atque ad exploranda eorum moli-
mina in omnibus plateis velut in totidem
speculis vigiles excubabant milites, qui
in cives, si turbam in unum locum con-
gregare conspicerentur, protinus irruere
parati erant.

§. CXI.

*Papæ ac Venetorum classes re infecta
recedentes.*

Ceterum portus fauces, ac maris oræ
tam sedulo ab equitibus, peditibus-
que obsidebantur, ut hostium classis nec
unicum quidem militem, quin illico cir-
cumdatus caperetur, in terram exponen-
di libertatem haberet; quocirca Vene-
ti, postquam longiores naves suas, ac
quam plurima alia navigia integro triduo
in hostium conspectum duxissent, re in-
fecta ex Genuensi portu in Civitatem
veterem iter suum remetiri compelleban-
tur, amissis quinque triremibus, quæ
tempestatis vi ad Messinæ fretum allisæ
perierunt, aliæ ad Barbarorum oras pro-
jectæ,

jectæ, nonnisi admodum laceratæ re-
 versæ sunt. Nihilominus summus Pon-
 tificex, ipso malorum concursu animi sui
 indignationem in Gallos inflammante,
 Cardinalem Auxitanum, qui Romæ Re-
 gis negotia procurabat, in arcem S. An-
 geli custodiæ dari jussit; magis tamen
 Julii odium in Ludovicum, ac Ferrarien-
 sem augebat Regis in Ducem favor; ni-
 hil tamen optabilius habebat Ludovicus,
 quam ut in Pontificis gratiam rediret: id
 quoque summis precibus efflagitabat An-
 na de Britannia ejus conjux Regina, quæ
 sibi probe persuasum habebat, genuinum
 Ecclesiæ Filium haud esse posse, qui sum-
 mum Pontificem odio insectaretur, qua-
 propter Rex cum Papa de concordia
 conditionibus æquis tamen ac honorifi-
 cis agere satagebat. Veneti quoque Ju-
 lium urgebant, ut Italiæ pacem redderet,
 Gallisque ac Germanis reconciliaretur;
 Papa tamen horum precibus, ac æquis
 eorum postulatis minime deserebat, a-
 liorum consilia suis adversa sequi haud
 solitus.

Secul. XVI.
A.C. 1510.

*Raynald. ad
 hunc an. n. 18.*

§. CXII.

*Regni Neapolitani investitura a Papa
 Ferdinando concessa.*

Equidem Rex Catholicus nil ardentius
 desiderabat, quam Neapolis Regnum

*Marian. lib.
 24. n. 102.*

K 5

Arra-

Sæcul. XVI Arragoniæ sceptro jure perpetuo afferere, qua tamen ratione voti sui successum

A.C. 1510.

Raynald.

n. 24.

Jul. II. lib.

Bull. 80.

p. 335.

obtineret, ferme consilii inops hærebat; reliquis tamen expeditius medium censebat, si implorata summi Pontificis ope, illius odium in Gallos in rem suam verteret; ast quamvis Julius iisdem infensus videretur, nihilominus primo Regis Catholici precibus cedere cunctabatur, ac nonnisi aliquo post tempore, auctaque indignatione, ac Gallici belli mole sibi propius impendente, ne ab hostibus suis opprimeretur, Sedi Apostolicæ Hispani Regis potentiam singulari beneficio demereri statuit. Ergo annuit Ferdinandi precibus, in eumque cuncta totius Neapolitani Regni jura edito diplomate transfundit, ea usus beneficentia, qua ampliorem Rex Catholicus haud desiderare potuisset; quippe cum census, quem Alexander VI. in nuperis duabus investituræ literis primo Carolo VIII, ac demum Ludovico XII. præscripserat, ad octies mille auri uncias ascendisset, nunc Julius Regi Catholico diploma concessit, contentus, quod singulis annis bis mille auri uncias cum equo candido persolveret. His addit Mariana, Julium pro vectigali militari petiisse trecentos lancearios a Regibus Neapolitanis alendos, qui ad obsequium Sacræ Sedis suppeditarentur, quoties ad bellum in statu Eccle-

Marian. lib.

24. n. 102.

Raynald. l.c.

n. 28.

Ecclesiastico gerendum necessarii essent. Sæcul. XV. A.C. 1510.
 Hanc conditionem Papa nunquam remittere voluit; horum enim auxilio adversus Ferrariæ Ducem uti decreverat.

§. CXIII.

Ludovicus Papam ad revocandum diploma compellere molitus.

Ludovicus Rex, comperta Pontificis Guic. lib. 9. f. 249. § 262. indulgentia erga Ferdinandum, graviter commotus erat, ac jura in Neapolis regnum sibi erepta, & in alium transfusa ægerrime ferebat, hinc Regem Catholicum arguebat, quod Gallos suis artibus decepisset, Papam vero incusabat, quod suæ indignationi atque odio cessisset, additis etiam minis, quod, ni protinus concessam revocaret gratiam, armis injuriam ulcisci vellet. Eodem tempore Rivensium Episcopo, qui in Hispania Legatione functus tum apud Regem Catholicum Montione agebat, negotium dedit, ut de injuria vehementer quereretur, ac nisi Ferdinandus prioribus pactis staret, amicitiam penitus dissolvi minaretur. Ast Ferdinandus votorum suorum plene compos, nec e regno suo, quod dudum quiete possedisset, propelli veritus, nec minis nec Legati querelis movebatur. Paulo post Pontifex quæsito capitalis inimicitiae,

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.
 micitiae prætextu, quasdam urbes, in
 quas Sedi Apostolicæ jus compete-
 bat, sibi restitui, a Ludovico postulabat. Rex
 Pontificis jura inania esse ratus, cum
 veram hujus petiti rationem haud igno-
 raret, Pontifici cedere renuit. Julius hac
 repulsa lætus, Regem anathemate per-
 cellit, ejus regnum interdicto subjicit,
 illudque primo occupanti vendicat; præ-
 terea sacra fulmina in omnes Principes,
 qui Ludovici partibus adhærerent, vi-
 brat, eorumque terras ac ditiones qui-
 buscunque illas invadere valentibus tra-
 dit: Ne vero in solis sacris armis, quæ
 in illa occasione forte infirma fore vere-
 batur, ejus castigatio stare, ipse in Fer-
 rariæ Ducem exercitum suum duxit, ut
 inde Ludovico molestiam inferret, ipsum-
 que Florentinorum Procuratorem, qui
 ei pacem cum Rege suadebat, durius ex-
 cepit, adeo, ut per plures dies Papæ
 conspectum subire non auderet; nec e-
 tiam minus, cum quidam Sabaudia Ducis
 Orator, Dominum suum amicitiae
 conciliatorem futurum polliceretur, hunc
 exploratorem atque hostium suorum e-
 missarium esse suspicatus, quæstioni sub-
 jectum diu in custodia detinuit.

§. CXIV.

*Ferrariæ obsidio a Pontifice
decreta.*Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

Tandem vero Julius, quamvis Mensis *Guicc. lib. 9.*
 September prope exactus esset, Ro- *fol. 256.*
 ma profectus, copias suas in aciem edu-
 xit, ut Ferrariam cingeret, totamque
 hanc regionem primo impetu suæ pote-
 stati subjiceret; postera autem die eidem
 est nunciatum, quod Calvimontius du-
 centos quinquaginta Lancearios ductore
 Castellione, necnon duo peditum millia
 sub Alegrii junioris imperio submiserit,
 atque his copiis Ferrariæ Dux præter
 trecentos Galliæ Lancearios junxerit
 trecentos Italos, & tria peditum millia, om-
 nes milites veteranos. Præterea Pa-
 pa intellexit, quod Ducis subditi tanto
 in eum flagrarent affectu, ut extrema
 quæque pati, quam deditionem medita-
 ri paratissimi essent. Julius accepto hoc
 nuncio Venetorum Senatum urget, ut
 duas novas classes in auxilium submit-
 terent, quarum una Ferrariam, altera
 Comacium obsideret. In cassum Senato-
 res Pontifici exponunt, armamentarium
 navigiis exhaustum esse, ac plurium an-
 norum inducias requiri, ut totidem, ac
 in Messinensi sinu amisissent, naves in-
 struere denuo possent. His rationibus
 Pon-

Secul. XVI.
A.C. 1510.

Pontifex minime devictus, præclusa omni exceptione sibi obtemperari voluit; unde Veneti, usque dum integram classem adornarent, præter quasdam Reipublicæ Mercatorum naves pretio conductas, ex Insulis quoque illa, quæ ibidem habebant, navigia advehunt, tandemque ex cunctis hisce navalem exercitum contrahunt, quem in duo partiuntur agmina, ut præfatas urbes cingerent. Præterea mediam terrestris sui exercitus partem in Ferrariensem ditionem educere compellebantur, has vero copias, obsidione Veronensi jam soluta, omnino sibi inutiles esse obtendebant.

§. CXV.

Venetorum exercitus pedem referre a Ferrariensi compulsus.

Guicc. l. 9.
fol. 256.
Bembo hist.
Venet.

Ferrariæ Dux inter tot arcta prehensus, Ducatus sui jacturam haud temere verebatur; ast opportuno gemini casus concursu feliciter metuliberabatur; quippe Gallorum agmen pontem, quem Venetorum copiæ flumen trajecturæ Pado imponere cæperant, igne succendit: Papa vero periculoso corripiebatur morbo, medicis ferme de ejus salute desperantibus, quin imo per aliquot dies ad momenta animam efflare credebatur; in ipso enim infirmitatis æstu, nunquam a glacia-

glaciato potu, crudisque pomis abstinere voluit. Nihilominus virium suarum vigor mali vim, neglectamque valetudinis curam superabat: Igitur morbo defunctus, præprimis prælium committi jussit, sed suorum nonnullis pugnae anticipis discrimen objicientibus, copias suas Mutinam versus reduci concessit, ut hæc urbs defenderetur, ejusque præsidio ipse exercitus simul ab hostium insultu tutus esset. Nihilominus Venetorum res penitus perturbabat classis suæ in Pado flumine hærentis jactura; hæc enim, cum nihil propius esset, quam ut Adriam procurreret, atque alteri classi, quæ in Athesino fluvio erat, sese adjungeret, a Ferrariensi Duce funditus disjecta fuit.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

§. CXVI.

Comitia Cleri Gallicani jussu Franciæ Regis Turonibus coadta.

Quamvis Galliarum Rex Pontificiam dignitatem summo studio veneraretur, anathema tamen, cujus supra minimus, flocci pendebat, quod summus Pontifex auctoritatis suæ limites excessisset, proin illud manifeste nullum foret.

Belc. l. 12.

n. 14.

Raynald. hoc ann. n. 20.

Ceterum, ut ipse quoque spiritualibus armis Papæ armis sacram opponeret potentiam, totius

Guicc. lib. 9.

Secul. XVI. A.C. 1510 totius Cleri sui generalem coetum primo Aureliæ, postea Turonibus coegit, doctorum regni sui Virorum sententiam rogaturus, an salva religione jus suum tueri, necnon pactorum a Julio violatorum fidem vindicare posset, ac demum quantum submissionem deferre teneretur spiritualibus Ecclesiæ armis, quæ Adversarius ejus in manibus suis teneret, illis vero nonnisi ad tuendam injustitiam, atque ad negotia mere temporalia uteretur. Celebrata fuere hæc comitia exeunte Mense Septembri Anno Domino millesimo quingentesimo decimo, ubi a Rege octo propositiones fuerunt expositæ, in quibus tanta elucet moderatio, ut Regem adhucdum erga suum maximum hostem, quem Julium esse credebat, indulgentia usum fuisse probetur; Ceterum hæ propositiones quasi quædam consultationes scripto exarratæ porrigebantur, quæ singulis ferme paginis Ludovici observantiam in Sedem Apostolicam testantur.

§. CXVII.

Articuli in comitiis Turonensibus propositi ac discussi.

Belcar. in comment. rer. Gallic. lib. 12 p. 348. Igitur quærebatur. I. *An liceat Papa bellum inferre Principibus temporalibus, milites conscribere, illos alere, atque in aciem educere, ubi neque de religione, neque de fundis*

dis ejus Pontificatus controversia est; & Sæcul. XVI. A.C. 1510.
 conclusum fuit, Papam ne posse, nec de-
 bere.

II. An liceat Principi defendenti se & Raynald. l. c. Argentre coll. Jud. tom. I. p. 349
 sua, non solum propulsare armis hujusmodi
 injuriam, sed etiam invadere terras Eccle-
 siæ possessas a Papa notorio hoste suo: non Maffæus in suo chron. ad ann. 1510. Joan. Bouchet in ann. Aquit. part. 4 Genebr. chron. lib. 4. Hist. univ. Paris. tom. 6. p. 45.
 tamen ea intentione, ut illas retineat, sed
 tantum, ut impediatur, ne per eas Papa ille
 fortior & potentior sit ad offendendum di-
 tum Principem, & suos. Responsum est,
 Principem hoc posse sub conditionibus, & qua-
 litatibus in articulo propositis.

III. An ob tale odium notorium, & ag-
 gressionem injustam, liceat Principi subtrahe-
 re se ab obedientia hujusmodi Principis, at-
 tento etiam, quod Pontifex concitaverit alios
 quosdam Principes, & Communitates, imo
 & tentaverit cogere ad invadendas terras,
 & Dominia ejusdem Principis, qui potius
 benevolentia Sedis Apostolicæ dignus fuit?
 Conclusum est circa hoc punctum: Prin-
 cipem posse ab obedientia talis Papæ se sub-
 ducere, ac subtrahere: non tamen in totum,
 & indistincte, sed pro defensione tantum ju-
 rium suorum temporalium.

IV. Tali subtractione licite facta, quid
 agendum sit tum Principi ipsi, ac subditis
 ejus, tum etiam Prælati & Ecclesiasticis
 Personis Regni sui in rebus, de quibus ad
 Sedem Apostolicam antea recurri solebat?
 decisum fuit, Servandum esse Jus commune
Hist. Eccles. Tom. XXXII. L an-

Sæcul. XVI. antiquum, & Pragmaticam Sanctionem Re-
 A. C. 1510. gni, ex Decretis Sacrosancti Concilii Basileensis desumptam.

V. An liceat hujusmodi Principi Christiano tueri ac defendere alium Principem sibi confœderatum, & cujus protectionem legitime suscepit? (Hic articulus Ferrariæ Ducem respiciebat,) fuitque responsum, licere.

VI. Si quod jus talis Pontifex ad se pertinere contendat, ut Patrimonii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ partem: contra Princeps Imperii vel Juris sui esse dicat, & de ea controversia paratus sit, & offerat stare arbitraris vel judicio bonorum virorum per compromissum, prout de jure: An eo casu liceat Pontifici absque alia causæ cognitione bellum inferre dicto Principi: & si fecerit, an liceat Principi armis resistere, & aliis Principibus in hujusmodi dissidio ei adesse, eumque defendere, maxime illis, qui ei cognatione vel affinitate conjuncti sunt, cum etiam per centum annos proximos Ecclesia Romana in ejusmodi Juris controversi possessione non fuerit? (Hic casus tangit Bentivolium, quem Julius II. post centum annorum possessionem Bononia depulit) fuitque judicatum; licere Principi in hoc casu resistere de facto, & aliis ei adesse in jure suo tuendo.

VII. Si

VII. Si vero Papa nolit acceptare, quod Princeps juridice & honeste offert, sed non observato juris ordine, contra talem Principem pronunciat sententiam aliquam, an ei sit obtemperandum? maxime cum non est integrum ac tutum tali Principi ad Sedem Romanam ire vel mittere, & jus suum via Juris civilis, & rationibus defendere? decisum est: Non teneri talem Principem parere huic sententiæ.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

VIII. Si Pontifex injuste ordine juris non servato procedens de facto, & manu armata, pronunciet & publicet aliquas censuras contra Principes sibi resistentes, eorumque subditos & confederatos, an eis parendum sit, & quod remedium adhibendum? Conclusum est per Concilium, Talem sententiam esse nullam, nec de Jure, vel alio quocunque modo ligare.

§. CXVIII.

Episcopus Gurcensis Maximiliani Legatus in Francia.

Compertis hisce decisionibus, quanto-
cius regii Senatores Ludovico au-
ctores erant, ut sine moræ dispendio i-
tineri sese accingeret, ac superatis Alpi-
bus, ipse Bononiensem ditionem infe-
stis armis invaderet, hacque irruptione
Pontificem, ut de propria salute sibi pro-
spiciat, compelleret. Equidem Ludovi-
cus

Sæcul. XVI
A. C. 1510.

cus hocce suorum consilium rebus suis valde proficuum fore, ingenue profitebatur: Ast cum interea Matthæus Langius Gurcensis Episcopus, quem Cæsar in Gallias miserat, Turonium veniret, Ludovicus iter suum distulit, spe concepta, Pontificem suam mentem mutaturum, ad ineunda autem mitiora, inquiebat Rex, „ consilia, totum illi hyemis tempus concedam, ut vero adversus eum hostiliter agam, satis in tempore veniam, si id ineunte Vere exequar. „ Displicuit Consiliariis Regis cunctatio discessum maturari instanter petentibus, Ludovicus tamen non modo conceptam animi sententiam non mutabat, sed novum etiam foedus cum Episcopo paciscabatur, quo sancitum. I. Cæsar primo vere in Italiam contenderet, Venetos cum exercitu suo aggressurus; II. Franciæ Rex suas quoque copias Cæsareis jungeret, ac ambo Papam, Regemque Hispaniæ ad servandum Cameracense foedus urgerent; secus eos, ut saltem rem arbitrorum iudicio permetterent, roga-
rent; III. Illis quoque id renuentibus, ad Concilii generalis convocationem pro restauranda Ecclesiæ disciplina tam in capite quam in membris (*) procederetur, ad

*Gwicc. l. 9.
Raynald. ad
hunc ann.
n. 21.*

(*) Ita nempe Basileensis Concilii (quod tum nonnisi

ad quod & Imperator, & Galliarum Rex suos quisque Prælatos ablegaret. Refe-
 runt nonnulli quamdam Synopsin eorum, quæ circa celebrationem Synodi inter utrumque Principem agitata fuisse dicuntur; verum hac super re nulla certitudo habetur. Id unice ex quadam Maximiliani epistola (*) ad Baronem
 de

Sæcul. XVI.

A C 1510.

Varillas

hist. Lud.

XII l 6.

Daniel hist.

Franc tom. 5.

in 4to p. 307.

non nisi Conciliabulum fuit) decreta opportunum semper prætextum suppeditant, quo sub obtentu pietatis, ac reformationis Ecclesiæ in suo capite & membris impune, quoties visum fuerit, debita supremo capiti obedientia eludi, & privata vindictæ libido exeri potest. Miseram, exclamat Mariana lib 30. cap. 1. temporum labem, a profanis Christi Vicario leges imperandi præscribi! in uno peccato (scilicet ex conventu Turonensi, quem cum aliis Belcarius lib. 12. num. 14. conciliabulum & Palatium novantium Synagogam vocant) quot, & quanta extitere peccata! quæ tamen haud impune abibant. quippe ut refert Odoricus Raynaldus ad hunc annum num. 13. post varios demum funestos casus Gallus accepti Ferrarientis auri pœnas, Italici & Navarrii imperii jactura persolvit.

(*) Hanc epistolam mere confictam esse, ceterorum Scriptorum, veluti Cuspiani, Gerardi de Roo, Palatii, Bircheri, aliorumque silentium

Sæcul. XVI. de Liechtenstein data constat, ipsum Cæsarem, Julio II. aut decedente aut exautorato Papatum ambiisse, disertisque verbis Mariana asserit, Maximilianum non alio ex fine cum Galliarum Rege in con-

Monita Politic. ad S. R. I. Principes Francos. an. 1609.

testatur; quis enim sibi persuaderet, Maximilianum S. R. I. Cæsarem, Principem adeo pium, Papatum ambiisse, & quidem ex tam futili argumento, quod in prima epistola Brixiae die decima sexta Septembris Anno 1511. data Imperator allegasse fingitur, nimirum eoquod Prisci Imperatores usque ad Gratianum AUGUSTI simul & PONTIFICES MAXIMI nominati fuerint. Proferunt adhuc aliam epistolam hi mendaciorum nundinatores, quam a Cæsare probabilius 18. Septembris Anno 1512. scriptam comminiscuntur, ac insulse Maximilianum summi Pontificis COADJUTOREM eligi, meditatam fuisse fingunt, quapropter anilis hæc fabula potius cackinis, quam ratione confutari meretur, prorsus indigna, ut inter Ecclesiasticæ Historiæ munimenta locum sibi vendicet, iniquius vero propterea Maximilianus Imperator ambitionis postulatur. Quanta autem auctoritatis sint allegata Monita de immensa Curia Rom. potentia moderna nec non Lettres du Roy Louis XII. &c. ac Responses aux quæstiones d'un Provincial, Lector Catholicus, atque eruditus non ignorat, ejusmodi Satyras exhibilans.

convocandam Synodum conspirasse, quam ut ipse, Julio deposito, in summum Pontificem eligeretur, quo velut luculento argumento morosa hujus Cæsaris indoles, ejusque insulsa ambitio comprobatur. Ceterum foederis pacta Regem inter Christianissimum, & Episcopum Gurensem Blesis die decima septima Novembris firmata fuere.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

*Marian. hist
Hisp. lib. 30.*

§. CXIX.

Censuræ Pontificis contra Franciæ Clerum, & Ambasianum Marescallum.

Attamen summus Pontifex summa prudentia præditus, quæ mala ex hoc foedere, ac Turonensibus articulis orirentur, facile prospexit, unde publice diris atque anathemate detestatus est omnes, qui Cleri Gallicani (*) decreto, quo Sedis Apostolicæ auctoritatem violatam Papa querebatur, obtemperarent; dein monitorium, ut vocant, contra Ferrariæ Ducem promulgatum, in excommunicationis sententiam commutavit, ac iisdem quoque censuris perstrinxit subsidiarias Galliæ copias, ac speciatim Ciamontium seu Calvimontium Marescallum, ac supremum

*Marian. hist.
Hisp. l. 30.*

*n. 15.
Bullar. in
Jul. II.
Const. 27.*

(*) *Mariana addit. impio.*

Sæcul. XVI. A.C. 1510. premium exercitus Ducem, necnon Joannem Trivultium, omnesque ceteros belli Præfectos, qui sub signis ac Franciæ stipendiis arma Italiæ intulerant, comprehensis etiam Episcopis, atque Ecclesiasticis, qui Cleri Gallicani conventibus, atque Synodo ibidem celebrandæ interesse præsumerent.

§. CXX.

Quinque Cardinales relicto Papa Mediolanum profugi.

Hæc Gallorum consilia adversus Pontificem agitata illius animum eo majori sollicitudine oppresserant, quo certius edoceretur, quod Purpurati quoque cum Gallis adversus illum conspirarent, atque eorum quinque, dum Papam Roma Bononiam comitarentur, ab eo defecissent, ac Mediolanum se se recepissent, eo quod aperte summo Pontifici adversari, firmo statuissent animo: Hi vero Cardinales nominabantur, Bernardinus Carvajalus; Franciscus Borgia Consentinæ Archiepiscopus; Renatus de Prie Bajocensis Episcopus, Fridericus Sanseverinas, & Guilielmus Briffonetus Macloviensis Antistes, qui regnante Carolo VIII. plurimum auctoritate valebat. His Pontifex ad Lauretanam Domum divertendi copiam fecerat, ea tamen lege,

*Marian. l. c.
num. 4.
Raynald.
hos ann. n. 19*

ge, ut præstituta die Bononiam, ubi Pa-
 pa esset, reverterentur, illi vero hujus ab-
 sentiae opportunitate usi, sibi securitatis
 literas a Florentinis procurarunt, ut, quam-
 diu ipsis liberet, Florentiae commorari
 possent; postea tamen securitati suae ma-
 gis consulturi paulopost Mediolanum
 concesserunt, insuper habitis tam promissis,
 minis, auroque, quam beneficiorum pollicitationibus,
 aliisque variis mediis, quæ summus Pontifex,
 ut eos ad suum obsequium reduceret, frustra adhibebat.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1510.

§. CXXI.

Ciamontius Bentivolorum suasu Bononiam, Papamque capere tentat.

Affidua erat adversus Julium Bentivolorum indignatio, qui se Bononia a-
 liquot ante annos depulsos dolentes, nonnisi vindictam meditabantur, tandem-
 que opportunam sibi offerri occasionem existimabant, comperientes, Papam Bo-
 noniæ morari. Ergo ne ultionis consilium successu careret, Ciamontium Mare-
 rescallum adeunt, eidemque se Bononiam vi invasuros, Papamque Gallis tradituros pollicentur, simulque rei exequendæ facilitatem exponunt, dummodo & ipse ope sua non deesset, cum vero de prospero hoc successu præcipuum ipsi e-

*Marian. ib.
 Paris de
 Grassis t. 3.
 p. 597.
 Raynald. hoc
 ann. n. 22. 23.*

Sæcul. XVI. molumentum haberent, sese etiam pri-
A.C. 1510. mos ad gravissima quævis discrimina
 offerebant, dicentes Calvimontio: non
 æquitati consonum foret, ni omnes im-
 penderemus vires in ejusmodi negotio,
 cujus executionem a te non ex offi-
 cii debito, sed a benevolentia tuæ im-
 pulsu præstolamur, „ nec deest nobis in-
 „ ter Bononienses frequens Amicorum
 „ numerus, quorum studium in nos fa-
 „ tis perspectum habemus, calamitatem
 „ enim vicemque nostram & ipsi do-
 „ lent; quamprimum ergo te nobis fa-
 „ vere, atque Gallorum exercitum no-
 „ bis opitulari comperient, protinus &
 „ & ipsi ad arma conclamabunt, bona,
 „ vitamque profusuri, ut nos a duro Pon-
 „ tificis jugo (*) liberent. „ Ciamon-
 tius

(*) Ita pro arbitrio suo Bentivolorum ora-
 tionem instruit Continuator; Ast longe aliam
 de Pontifice fuisse Bononiensium opinionem tes-
 tantur Raynaldus, & Paris de Grassis, quos
 Continuator allegat; hic disertis verbis affir-
 mat, Audito Gallorum adventu populus Bo-
 noniensus arma capit pro Pontificis tutela, sua-
 que, ac cum vidissent Pontificem ti-
 mere de seipso, flebili pietate commoti, ap-
 plausissime clamant, bonorum ipsorum ani-
 mum persuadent, unitatem & auxilium polli-
 centes

tius horum sermone excitatus itineri se ^{Sæcul. XVI.} accinxit, atque ad Crepolanam urbem ^{A. C. 1510.} nonnisi decimo lapide Bononia distitam, tentoria fixit.

§. CXXII.

Pontificis aula Bononiæ timore percussa.

Eodem adhuc die Ciamontius Bononiam pertingere, ac urbem ingressus totam Curiam Romanam capere potuisset, si Bentivolorum sollicitationibus cessisset; hi enim, ne ibi subsisteret, vehementer instabant; ille vero rem ad alteram diem differri, omnino statuit, hac autem sua cunctatione consilium exequendi occasionem prætermisit: Nihilominus ^{Raynald.} ob ejus adventum ingens erat Optima-^{hoc ann. 23.} tum consternatio, præcipue vero Aulæ Pontificiæ; cum enim hæc nonnisi Viris Ecclesiasticis, qui omnes inermes erant constaret, hinc imminente periculo eo citius terrebantur; nec inanis erat illorum timor, eo vel potissimum nomine, quod Equites Galli Bononiam usque excurrentes

centes . . . Galli his auditis media nocte ad Papam humillime mittunt nuncios, qui veniam de machinatis, & ut impune abire liceat, suppliciter petunt, quod Pontifex benigne concessit, populo licet reclamante.

Sæcul. XVI. rentes fugæ opportunitatem præclu-
 A.C. 1510. derent.

§. CXXIII.

*Venetorum, atque Arragonum Legati
 a Papa objurgati.*

Cardinales, cum discriminis propin-
 quas timorem auget, summo Ponti-
 fici suggerunt, quatenus cum Ciamontio
 de concordia ageret; ut vero Julium ad
 sua vota citius inclinarent, eidem expo-
 nunt, cives Sedi Apostolicæ minus pro-
 pensos esse, proin conspirationem timen-
 dam, eamque sedulo præcavendam: ce-
 terum Gallos, se honestis concordie
 conditionibus consensuros, haud obscu-
 re indicasse, demum utcumque res esset,
 saltem ab eis nil metuendum, dummodo
 Mediolanensi Ducatu quiete frui permit-
 terentur. Ast Julius plus quam unquam
 ira commotus, Cardinalium rationibus
 nullo pacto cessit, ipsumque Venetorum
 Legatum ad se venire iussit, eidem au-
 xilii a Republica promissi cunctationem
 acriter exprobrans, „in crastinam adhuc
 „diem, inquebat Pontifex, vobis indu-
 „cias concedo, si vero promissa subsi-
 „dia non advenerint, cum Ciamontio pa-
 „cem inibo cum eorum damno, qui datam
 „fidem fefellerunt, graviter etiam que-
 rebatur eandem ob rem in Arragonie
 Legatum,

Legatum, „ nisi stimulasses me, ajebat Pa-
 „ pa, Neapolitani regni investituram e-
 „ jusque diploma Reggensi Cardinali
 „ nunquam tradidissem, id tua causa
 „ feci, premissis confisus tuo, quo Hispa-
 „ norum copias, quæ tamen hucusque
 „ non advenere, mittendas pollicitus
 „ es. „ Denique cum ultra non habe-
 „ ret, in quem iram suam effunderet, Bo-
 „ noniæ Magistratus, ac civium præcipuos
 „ adesse jussit, quibus eorum fidem sibi ma-
 „ xime probari significat, Bentivoliorum
 „ tyrannidem exaggerat, ac populo cuncta
 „ vectigalia remittit, unice postulans, ut
 „ Bononienses ad tuendam sacram Sedem
 „ arma capefferent. Verum omnes sese
 „ in ædibus suis continebant, Papæ pre-
 „ cibus flocci pensis.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1510.

§. CXXIV.

*Legati ad Ciamontium Marefcallum
 pro concordia ineunda a Papa
 missi.*

Cardinales proximum Pontificis discrimen considerantes, ac propriæ suæ
 securitati consulere solliciti, denuo sum-
 mis precibus instant, ut eorum consi-
 liis acquiesceret; ipsos etiam Cæsaris, ac
 Hispaniæ, & Angliæ Regum Legatos
 rogant, ut & ipsi eadem Pontifici
 suaderent. Ergo una omnes tanta pre-
 cum

Guic. l. 9.

Sæcul. XVI
A. C. 1510.

cum vi Papam adoriuntur, ut tandem Joanni Francisco Pico Comiti, Principis Mirandulani Patruo negotium dari consenserit, ut Ciamontium Marescallum audiret, ac cum eo de concordia ageret. Igitur Comes ad castra delatus, summis honoribus excipitur, suaque dexteritate tantum efficit, ut Gallici exercitus vim cohiberet, data tamen fide, Julium legibus sibi imponendis obtemperaturum. Ea res Calvimontium, quid decerneret, incertum tenuit; Regem enim Dominum suum Pontificis gratiam exoptare, haud ignorabat, & quamvis metu anathematis, quo a Pontifice percussus erat, se flecti haud pateretur, nihilominus tamen excommunicationum effectum verebatur; non enim eum latebat, quod Pontificum censuris ex populi ignorantia, atque estimatione, qua in Curiam Romanam fertur, non raro vis accresceret, qua tamen, si Pontifices potestatis suæ limites excedunt, persæpe destituuntur. (*) Aliunde Ciamontius Angliæ Legati minis cedebat, qui inter utrumque Regem amici-

(*) Pœnas Ecclesiasticas vim suam a populi ignorantia atque opinione mutuare, hucusque Theologis incognitum erat; ejusmodi autem pœnis jure etiam affectos, fuisse conquestos, quod Papæ potestatis suæ limites exceßerint, haud rarum est.

amicitiam penitus sublatum iri, eidem Sæcul. XVI.
A. C. 1510.
 declarabat, si Sedi Apostolicæ vim infer-
 re pergeret. Ergo Ciamontius cunctis
 hisce rationibus expugnatus, bidui indu-
 cias pactus est, quo interea tempore se-
 quentes instruebantur articuli.

§. CXXV.

*Pacis articuli Papam inter, & Cia-
 montium Marefcallum.*

I. Tollantur omnes censuræ, dein se-
 mestres induciæ inter Sedem A-
 postolicam, & Ferrariæ Ducem fancian-
 tur. II. Anathemate liberentur Bentivo-
 lii, eisque bona, quæ, ipso Papa faten-
 te, ipsorum essent, reddantur; quoad
 reliqua vero, quæ, priusquam Bononia
 excessissent, possederant, tribunalia haud
 suspecta eligere, eisdem permittatur, item,
 plena præteritorum oblivio illis integra
 fide concedatur, comprehensis omnibus,
 qui vel directam, vel indirectam Bentivo-
 liis opem tulissent, etiamsi Papæ subditi
 forent, eisque integrum sit, in quacunque
 eis placuerit, Italiæ parte commorari,
 dummodo saltem octoginta milliaribus
 Bononia distarent. III. Urbs Mutinen-
 sis Imperatori depositi loco tradatur, ac
 durantibus induciis utraque pars arbitros
 nominet, qui Comaciensem litem ulti-
 ma sententia dirimerent. IV. Papa cir-
 ca

ca

Sæcul. XVI ca Venetos Cameracense foedus exequatur. A.C. 1510 V. Ludovico XII. Cotignola reddatur, eidemque ad cuncta beneficia, in Italiae statu sita, nominatio concedatur. VI. Cardinalis Auxitanus libertati restituatur, Cosentinus vero, Sanseverinas, Sanctæ Crucis, Bajocensis, Macloviensis Cardinales, in Pontificis gratiam recipiantur.

§. CXXVI.

Ciamontius foedere a Papa proposito delusus.

*Raynald. hoc
ann. n. 23.*

Hosce articulos Pico Mirandulanus ad Julium detulit, qui præter morem suum illos sereno admodum vultu perlegit, quid tamen decerneret, suspensus hæsit, cum ecce! opportune adveniunt Hispanorum copiae, simulque Venetorum exercitum appropinquare, jamque Padum trajecisse nunciatur. Gemino hoc nuncio Papa summopere lætus, ut melius animi sui propositum tegeter, primo articulos a Pico allatos penitus non rejecit, sed ad Ciamontium denuo quosdam ablegavit, qui articulos duntaxat mitigari peterent; hac via Julius moras quærere, nequereque statuit, usque dum Marscalli furorem pari armorum potentia eludere posset. Ciamontius aut incurius, aut dolum subesse haud suspicatus, Pa-
pæ

pæ postulatis cessit; cum vero Fabricium Columnam cum quadringentis lanceariis accurrere intellexisset, abjecta omni concordiae spe errorem suum agnovit, moxque Pontifex eidem significari jussit, se nunquam concordiam initurum, saltem nisi Galli haud ultra se Ferrariae Duci patrocinatorum sponderent; cum vero Galliciarum Rex hujus Ducis partes tueri statuisset, Ciamontius præcipiti fuga Crispolano excessit, suasque copias æquis partibus Regiensi, Ruberianæ Saxulensi, Formicanæ, & Monsequiensi urbibus imposuit, tegens fugæ suæ ignominiam specioso submissionis prætextu, quam erga Cæsaris, Arragoniæ, ac Angliæ Legatos Gallici exercitus discessum instanter sollicitantes profiteretur.

Sæcul. XVI.

A.C. 1510

Ferron. in

Lud. II.

Raynald. hoc

ann. n. 23.

§. CXXVII.

Consilium Papæ de Ferraria rursus obsidenda.

Jamjam Mensis November incæperat, atque que hyemis asperitas tentoria figendi opportunitatem denegabat; unde Cardinales bellicis expeditionibus finem imponi, Papam impense rogabant, veriti, ne in simile discrimen, quod ægre paulo ante eluctati essent, denuo inciderent, nec

Guicc. l. 9.

Hist. Eccles. Tom. XXXII. M. de-

Sæcul. XVI. deerant Medici, qui Pontifici gravius in-
A.C. 1510. firmæ valetudinis suæ periculum expone-
 rent, sui que corporis vires novis belli la-
 boribus impares esse affirmarent. Verum
 Julius successuum prosperitate flecti ne-
 scius, adeo horum rationibus non cessit,
 ut etiam in Ludovicum ira incensus, non-
 nisi prælia, atque obsidiones meditare-
 tur, declarans, omnino velle se, Ferrar-
 iam deferri; ergo iter aggredientem co-
 piæ sequuntur, invitæ licet non modo du-
 cibis, sed ipsis etiam militibus. Vene-
 torum Respublica ad hanc expeditionem
 non nisi mediam exercitus sui partem, du-
 ctore Mantuano Marchione, submisit, ce-
 terorum absentiam excusans, eo quod as-
 fiduis belli laboribus fracti, ad reparan-
 das vires saltem aliquot dierum quietem
 deposcerent. Interea Marchio cum suis
 copiis vix non totam urbem cinxit; ast
 diurnæ captivitatis suæ a Venetis per-
 pessæ injuriam haud oblitus, accepto nun-
 cio, Palisium cum Veronensi præsidio in
 Mantuanam ditionem populabundum ex-
 currisse, mox a Paulo Capello tum Ve-
 netiarum Provisore, ut cum Reipublicæ ex-
 exercitu patriæ suæ succurrere posset, ve-
 niam petiit, obtinuitque, ac ipsemet Pon-
 tificex ex Provisoris suasu, Marchionis di-
 scessum ratum habuit, proin altera jam
 vice Ferrariæ obsidionem solvit.

Post

Post hæc Pontifex Ferraria Saxulum delatus, urbem occupavit, illius Præfectoro ad primum ferme Papæ adventum deditioem faciente, nec Formicana civitas diu oppugnantium impetus sustinuit: Igitur Julius hac victoria auctus, Ferrariam reverti meditatur; ast Cardinalis Papiensis arcta amicitia huic Duci junctus, contempto fortis suæ periculo Julio exposuit, urbem nunc validiori longe præsidio, ac priorum obsidionum tempore, munitam esse, proin Papam abs dubio operam perditurum, hinc eum consultius acturum, si alterius cujusdam urbis expugnationem tentaret, ubi minus periculum, majorisque commodi spes esset: copias ergo suas potius Mirandulanæ & Concordiensis urbibus admoveret, ut aditu hac ex parte in Mediolani Ducatum aperto, usque ad interiora regionis nemine obsistente penetrare valeret. Placuit Pontifici Cardinalis consilium, urbs quoque Concordiensis mox deditioem leges accepit, cum a civibus sustinendæ obsidioni præcautum non fuisset. Hujus urbis Principem Papa, ut securius obrueret, paulo ante datis hanc in rem specialibus literis in fidem suam recepit.

Sæcul. XVI.

A. C. 1510.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

§. CXXVIII.

*Mirandula a Pontificiis, Venetisque
copiis obsessa.*

*Marian.
lib. 30.
Guicc. lib. 9.*

Capta Concordia, Pontificis exercitus motis castris Mirandulam contendit, cui Galli festinanter quasdam peditum turmas imposuerunt, & quamvis rigidior esset tempestas, jamque anni curriculum in Decembrem inclinaret, quo mense cœli temperies ubique aspera, hoc anno in Longobardia insolito naturæ cursu inclementior soeviit, nihilominus Pontifex Mirandulæ obsidionem adornat, cujus tamen labores (ut haud mirum est) repugnante aeris, frigorisque invidia ægre accelerari poterant, cum vero hanc cunctationem summus Pontifex propositi sui tenacissimus, suis Belliducibus exprobraret, nec tamen ejusmodi querelis obsidionis progressus maturaretur, hinc ipse copiis suis imperare statuit, unde ad sua castra concessit.

§. CXXIX.

*Bayardus Eques Papam capere
molitus.*

Papam castra movisse, brevî fama per- tulit ad Gallorum præsidia, quæ Ruberiam, Carpium, Guardistallum, & Cor-

Corregium tuebantur, quo accepto nuncio, nominatus ille Bayardus Eques consilium cepit prorsus temerarium, & audax; summum enim Pontificem ex insidiis capere, ac denique Mediolanum abducere decrevit. Ergo cum Papam ad S. Felicem discessurum, suaque signa secuturum intellexisset, animi sui propositum Ferrariæ Duci significabat, supplicans, ut quasdam equitum suorum turmas, quæ primos impetus sustinerent, Padum trajicere juberet: ipse vero nocte appetente cum centum cataphractis iter aggreditur, Papam insecuturus, qui lectica iter faciebat, præmissis ejusdem sarcinis, ac nonnullis Curiae suæ Ministris. Verum Pontificis saluti fuit cœli intemperies, quæ adeo turbulenta erat, ut Papa retro contendere, ac Papiensis Cardinalis monita sequi compelleretur, qui Julio auctor erat, ut discessum ad vesperam differret. Necdum ad *sanctum Felicem* reversus est Pontifex, cum jamjam Bayardus cum suis militibus ex insidiis erumpens, in Pontificios Ministros irrueret, unde Papa mox lectica descendens, citato cursu ad arcem confugit; Bayardo autem in prædam nil nisi quidam muli sarcinis onusti cedebant cum nonnullis Papæ famulis, ac duobus Episcopis ad Ferrariæ Ducem abstractis, qui Bayardum tam opportuna occasione frustratum fuisse, vehementer doluit.

Sæcul. XVI.

A.C. 1510.

M 3

§. CXXX.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

§. CXXX.

Cæsaris ac Galliarum Regis Oratores ad Ferdinandum missi.

Equidem Turronibus sancitum erat, proximo tempore Generalem Synodum esse celebrandam, ad quam tamen, ne Ferdinandus Hispaniæ Rex suos Prælatos venire prohiberet, Cæsar, atque Galliarum Rex haud temere suspicabantur; cum igitur horum præsentia oppido necessaria esset, ambo Principes ad Hispanum Legatos decernunt, rogaturos, ut disertis verbis declararet, an eorum amicus, vel adversarius esse vellet. Iisdem quoque Legatis injunctum, ut Ferdinando geminam Cameracensis Foederis violationem exprobrarent, quarum prima quidem contigit, cum ejus Legatus, quem in aula Pontificis haberet, Ciamontium a Bononiensis urbis expugnatione præpediisset; altera autem illius pacti transgressio erat, quod subsidiariæ Hispanorum copiae absque Cæsaris consensu e Continentis Venetæ ditione excessissent. Nilominus præcipuum Legationis argumentum erat, ut Regem Catholicum inducerent, quatenus non modo Synodi celebrationem ratam haberet, sed etiam eidem Præsulum e Regno suo confluentium

tium frequentia auctoritatem conciliaret; **Sæcul. XVI.**
 hanc in rem Legatis datum est negotium, **A.C. 1510.**
 ut Regi insinuarent, Gallis, Germanis,
 atque Hispanis in unum coeuntibus, nil
 certius esse, quam Julium Pontificatu deji-
 ciendum, in id quoque magnam Italiæ par-
 tem absque controversia conspirare, eo-
 quod complures Julii arrogantiam, atque
 vexationes permoleste ferrent; reliquam
 Christianæ Reipublicæ partem plurimo-
 rum judicium haud cunctanter secuturam,
 proin Synodum optatum sortituram suc-
 cessum, si vero Hispani Pontifici faverent,
 eumque tueri niterentur, vel neutrius par-
 tis studio adhærerent, eos abs dubio e-
 jusmodi Schismati ansam duros, quod
 Ecclesiæ exitiosum non modo Hispaniam,
 sed cetera quoque Christiani Orbis regna
 indubitanter gravissimis turbis involve-
 ret.

§. CXXXI.

*Hispaniæ Regis responsum ad
 Legatos.*

Ergo Legati his verbis instructi, Bur-
 gis adveniunt, ac Ferdinando Regi,
 qui tum ibi agebat, Principum suorum
 mandata exponunt. His respondit Rex
 Catholicus: Non equidem Ciamontio de-
 est specietenus vera de Legato meo que-

M 4

rendi

Sæcul. XVI. A.C. 1510
 rendi caussa : ast re ipsa hujus Marescalli
 vitæ, Regisque Christianissimi honori con-
 sultum volui; de cetero copiæ meæ non-
 nisi ad trimestre in Continentis ditionibus
 Venetis stipendia mereri, annuente
 ipso Cæsare obstringebantur, eas vero e-
 lapso duntaxat hoc termino revocavi,
 diutius illas eadem castra sequi concessu-
 rus, nisi Turcarum classe jam Hydruntum
 versus appropinquante, Neapolis Regnum
 inopino discrimini expositum fuisset: his
 addebat insuper: Ego quidem a Camera-
 censi foedere nullatenus recessi, satis enim
 persuasum habeo, quod foederatorum o-
 pera Neapolitani Regni urbes, quibus du-
 dum exutus eram, recuperaverim, in-
 terim vero haud ultra me expensas suppe-
 ditaturum spondere valeo; vix enim Nea-
 polis ac Siciliae proventus legitimis æque,
 ac necessariis dicti foederis sumptibus suf-
 ficiunt, de Concilio autem, inquiebat
 Rex, quod illud optatum nancisci possit
 successum, Hispaniæ Præsulibus persua-
 deri oportet, ego autem nihil boni inde
 augurari valeo, cunctis enim comperta
 sunt dissidia Cardinalis S. Petri ad vincu-
 la cum Ambasiano, eadem quoque us-
 que ad Galliarum Regem pervenerunt,
 atque unica mali caussa existunt, dein et-
 si fit, ut Gallia, Germania, aliique Prin-
 cipatus Synodum expetant, imo & ipsa
 Hispa-

Hispania fors accedat, si vero Anglia, Hi-
 bernia, Scotia, Hungaria, Bohemia, Po-
 lonia, Suecia, Dania, Norvegia, atque
 Helvetia ejusmodi Concilium detestentur,
 nonne exinde Ecclesia ingenti schismate
 scindetur? Ut vero paucis absolvam, cum
 foederatis meis in novam, eamque arctio-
 rem societatem coire non possum; Reli-
 gionem enim Christianam, ut in Africam
 revocarem, grave bellum gessi, milite,
 auroque exhaustus.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1510

§. CXXXII.

Bugia a Petro Navarra expugnata.

Legatis Ferdinandi responsum Cæsari
 atque Regi referentibus, hoc in ne-
 gotio haud ultra quicquam movebatur;
 nec tamen propterea Hispaniæ Regis ar-
 ma conquievit, Petro enim Navarrae
 Comiti negotium dedit, ut tredecim na-
 ves tam bellico apparatu, quam annona
 optime instructas, quæ in portu Marsal-
 quivirano hærebant, in altum protrude-
 ret, Bugiam occupaturus, quæ est Afri-
 cana Tunetani Regni Provincia in Barba-
 ria sita, ubi ejusdem nominis urbs erat,
 quadam Maurorum Universitate celebris.
 Hanc civitatem Abufferizus ad Regni fa-
 stigium erectam a Tunetano Imperio se-
 junxit,

Marian. lib.
29. n. 93.
Kaynald. ad
ann. 1510.
n. 26. Et 30.
Gomes. de re-
bus gest. Car.
Ximen. lib. 4.

Sæcul. XVI
A.C. 1510.

junxit, eamque cum toto adjacente tractu Abdulhasi Filio suo reliquit, eandem vero tunc temporis Abdurrahamel ex Abdulhasi progenitus possedit, postquam inde Muletum Abdallam Nepotem, ac fratris sui natu majoris Filium deturbaverat, ut proin Muletus novi hujus Regni Rex esset legitimus, ac Abdurrahamel ejus Patruus illud tantum usurparet, cujus impietas, & furor eoque processit, ut non modo Nepotem suum folio spoliaret, sed illum etiam, ne capeffendo regimini idoneus esset, ferro candente oculorum lumine privari juberet. Petrus comperta hujus Tyranni crudelitate exauctorati Regis fautoribus insinuari fecit, illatam se ulturum injuriam, si ejus viribus suam quoque juncturi essent operam. Placuit cunctis Navarræ consilium, unde ille hujus factionis sociis sese adjungens, illorum conspiratione urbem suæ potestati subjecit; postea novi Regis amicitiam sibi conciliaturus, chirurgorum, quos secum ex Hispania advexerat, remediis, atque solertia misero oculorum usum restituit. Hic vero recuperata videndi facultate ultro pactus est, se Regi Catholico annum vectigal persolutorum, quod idem Bugiensium exemplum Algerii Piratæ secuti sunt. Denique Hispani continuato victoriarum cursu Tripoli-

Raynald an.
1510. n. 32.

politanum quoque Regnum armis suis subjecerunt. Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

§. CXXXIII.

Goa in Indiis ab Albuquerque nomine Regis Lusitani occupata.

Sub idem ferme tempus Alphonfus Albuquerqueus, qui in Orientalibus Indiis sui Regis vices subire jussus erat, hanc dignitatem sibi nuper collatam aggressus est, novoque felicitatis auspicio Barbaris

*Maffei l. 4.
Raynald. hoc
an. n. 35.
Oser. lib. 7.
Baroz. dec.
2. l. 5. c. 3.*

Goannam urbem eripuit: hæc urbs tractu temporis totius Orientis in Regno Detanensi longe celeberrima, ac Lusitani Imperii in Indiis caput evasit. Non eadem fortunæ prosperitas Almeidæ, cui Albuquerqueus successerat, adspirabat; hic enim magni nominis Vir, cum suos apud Africæ oras ad hauriendas dulces aquas in terram exposuisset, excitatis jurgiis inter suos famulos, atque illius Regionis Caphros, ipse eodem in loco die prima Martii spiculi ictu transfossus occubuit.

§. CXXXIV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

§. CXXXIV.

*Hispanorum clades in Insula Gelviæ
a Mauris illata.*

Cum Rex Catholicus in alio bello Petri Navarrae opera consiliisque indigeret, eidem in Africa subrogavit Garziam de Toletō, Albæ Ducis filium natū majorem. Hic æstate ad medium vertente factis velis cum septem millibus selectioris militiæ viris in altum procurrit, Petri Navarrae exercitum novis subsidiis aucturus. Vix illuc appulsus, primas eo curas intendit, ut Gelviæ Insulam expugnaret, ambitu suo latissimam, atque inter ceteras Africanæ oræ regiones magis Occidenti adjectam, quæ centum circiter Leucarum intervallo a Tripoli distat: igitur Garziæ classis prope hanc Insulam die vigesima octava Augusti, quæ erat feria quarta, appulsa est, militesque in terram expositi. Ast Mauri, qui haud procul erant, comperta Hispanorum excensione, e sylvarum latebris, in quibus delitescebant, egressi toto impetu in Hispanos sine lege vagantes, atque æstu sitique pene exanimes irruunt. Garzias, cum in densissimas, mediasque hostium turmas irrumperet, cum pluribus belli Præfectis nobilitate generis, ac animi for-

fortitudine clarissimis trucidatus est. Post hæc turbatis exercitus Hispani ordinibus, una omnes præcipiti fuga dilapsi sunt; equidem Navarra, qui ultimæ aciei præerat, protinus accurrit, ac fugitivis ad signa revocatis, infausti impetus damna reparare adlaborat. Ast infirmam esse suorum vim comperiens, & ipse navem repetendi consilium cepit. Desiderata sunt in hoc conflictu Hispanorum quatuor millia & amplius, qua cæsa, qua capta. Navarra demum Tripolin redeunte, Mauri Zafinensem urbem obsederunt, inde vero recedere compulsi sunt.

Sæcul. XVI.

A C. 1510.

§. CXXXV.

Juramentum a Ferdinando coram Madriti Ordinibus innovatum.

Hoc item anno Ferdinandus Montisoni *Marian. lib. 30. num. 2. & 6.* Regni comitia egit, quibus absolutis Cæsar-Augustam contendit, Castellam iturus, ut sinistram Gelvensis expeditionis successum repararet, suorumque militum cædem ipse ulcisceretur; quod tamen haud effectui datum. Ast Madritum delatus, die sexta Octobris coram Castellæ Proceribus solemne Sacramentum

(*) Vide supra Lib. CXXL. §. 57.

Sæcul. XVI
A.C. 1510.

tum jam olim juxta Bleffensis concordiae pacta præstitum innovavit, ratumque habuit, præsentibus Apostolico summi Pontificis Nuncio, Maximiliani Cæsaris, necnon Caroli Archiducis Oratoribus. Ergo jurejurando pollicitus est, se Castellam, ceteraque regna illi annexa juxta eorum leges, libertates, ac privilegia administraturum expleturumque omnes veri Rectoris, ac fidelis Administratoris partes, atque officia. Post hæc proposuit nuptias Joannæ Neapolis Reginæ Neptis suæ cum Sabaudiae Duce, quorum sponsorum utrinque consensus adeo firmus erat, ut Regina jamjam Sabaudiae Ducissa nuncuparetur; nihilominus tamen hæ nuptiæ suo caruerunt effectu, Sabauda exposita Beatricem Lusitaniæ Principissam sibi desponsante.

§. CXXXVI.

*Neapolitanorum seditio occasione
Inquisitionis.*

Marian. lib. 30. n. 7.
Raynald. hoc an. n. 29. **C**um Hispani in Neapolis Regno, ut antea in Hispania, sacrae Inquisitionis tribunal stabilire cuperent, occasione inde captata Neapolitani sub idem tempus graves concitarunt tumultus: Populus enim formidabilis hujus tribunalis seve-

severitati haud assuetus inde nationis suæ privilegia, libertatesque labefactari arbitrabatur, quapropter seditionem in Inquisitores conflavit. Primo equidem seditiosi populi furorem sedare, gravioris erat momenti, tumultu indies excrecente, unde communis totius Regni rebellio timebatur. Obstabat tamen Pro Regis prudentia, ac dexteritas, qui edito publico Judæos omnes, sive Christianam (*) Religionem professos, sive ad illam non conversos nuper ex Hispania adventantes, nulla mora Regno exulare jussit: igitur urbe ab hac fæce perpurgata, ac populo in fide firmato, Pro-Rex Inquisitionem minus necessariam fore ratus, eandem abolevit, id suadentibus iis etiam (**), quorum maxime

Sæcul. XVI.

A.C. 1510.

(*) *Mariana l. c. habet, Judæos omnes, quique ex ea gente Christianis sacris abdicatis advenerant.*

(**) *Idem ib. scribit: Pontifex ipse, cujus maxime dignitati Inquisitiones serviunt, ne incommodo tempore eo constituto tribunali gentis tranquillitatem turbarent, auctor erat, ut amoverentur.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1510 me intererat hujus tribunalis conserva-
tio, ut Sedis Apostolicæ auctoritas ma-
gis magisque extendi, peropportune pos-
set. Sic brevi toti Regno pristina reddi-
ta est tranquillitas, & Ferdinandus con-
tinuando Africæ bello rursus
strenue incubuit.



HISTO.